
3 1761 09703392 2



Theo

Toronto University Library

Presented by

The Reverend T. K. Abbott Esq. M. A.
S. T. B., B. D. etc.

through the Committee formed in

The Old Country

to aid in replacing the loss caused by

The disastrous Fire of February the 14th 1890

DUBLIN UNIVERSITY PRESS SERIES.

EVANGELIORUM

VERSIO ANTEHIERONYMIANA,

ETC.


A·D 1591
REG·ELIZAB·IVXTA·DUBLIN
COLL·SANCTÆ·ET·INDIVID·TRINITATIS

Forster & Co., Dublin.

CODEX USSERIANUS ALTER.

EVANGELIORUM VERSIO ANTEHIERONYMIANA

EX

CODICE USSERIANO (DUBLINENSI),

ADJECTA COLLATIONE

CODICIS USSERIANI ALTERIUS.

ACCEDIT

VERSIO VULGATA SEC. COD. AMIATINUM,

CUM VARIETATE

COD. KENANENSIS

(BOOK OF KELLS),

ET

COD. DURMACHENSIS

(BOOK OF DURROW).

Edidit et Praefatus est

T. K. ABBOTT, S.T.B.,

Coll. SS. Trin. juxta Dublin. e Sociis;

Linguae Hebraicae et Linguae Graecae Bibl. apud Dublinen. Professor.

[Vol. 2]

DUBLINI:

HODGES, FIGGIS, ET SOC.

LONDINI: LONGMAN, GREEN, ET SOC.

1884.



DUBLINI:
TYPIS ACADEMICIS
EXCUDEBANT PONSONBY ET WELDRICK.

PARS POSTERIOR.

SECUNDUM LUCAM.

I. 1 Quoniam quidem multi conati sunt ordi-
nare narrationem quae in nobis completae sunt
rerum, 2 sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi
viderunt et ministri fuerunt sermonis, 3 visum est
et mihi adsecuto a principio omnia diligenter ex
ordine tibi scribere, optime Theophile, 4 ut cog-
noscas eorum verborum de quibus eruditus es
veritatem.

5 Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae sacer-
dos quidam nomine Zacharias de vice Abia, et
uxor illi de filiabus Aaron, et nomen eius Elisa-
bet. 6 Erant autem iusti ambo ante deum, ince-
dentes in omnibus mandatis et iustificationibus
domini sine querela. 7 Et non erat illis filius,
eo quod esset Elisabet sterilis et ambo processis-
sent in diebus suis. 8 Factum est autem cum
sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante
deum, 9 secundum consuetudinem sacerdotii
sorte exiit ut incensum poneret ingressus in tem-
plum domini, 10 et omnis multitudo erat populi

Codex D.—I. 5 Elisabeth (*at* 13 Helizabeth). 6 ante dominum. 7 praecessissent.

Codex K.—I. 3 a principio omnibus . . . obtime scribere

re narrationem
e completae sunt sicut tradider
nobis qui ab initio ipsi uiderunt et min
fuerunt uerbi uisum est et mihi adsecu
a principio omnia diligenter ex ordine
tibi scribere optime ó theophile ut
cognoscas eorum uerborum de quibus
eruditus es ,,, ,,, ,,,
fuit in diebus herodis regis iudeae sace
dos quidam nomine zacharias de
abia et uxor illi de fi[li]abus aaron et
men illi elisabeth. erant autem ambo
ante dn̄m incedentes in omnibus man
tis et iustitiis dī sine querella et non er
illis filius eo quod esset elisabeth steril
et ambo processores erant in dibus sui
factum est autem in diebus illis cum sacer
tio fungeretur zaccharias uicis suae a
te dm̄ secundum consuetudinem sacer
tii sorte exiit ut incensum poneret ,
gressus in templum dn̄i et omnis multitu
orabat foras hora incensi apparuit

[12] (*sic m. sec.*) [17] (*sic*).

Theophile. 5 Elizabeth (*ita semper*). 7 processeruunt (*sic*). 8 fungeretur Zacharias. 9 poneret et ingressus.

orans foris hora incensi. 11 Apparuit autem illi
angelus domini stans a dextris altaris incensi.
12 Et Zacharias turbatus est videns, et timor
inruit super eum. 13 Ait autem ad illum angelus
Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est de-
precatio tua, et uxor tua Elisabet pariet tibi
filium, et vocabis nomen eius Iohannem, 14 et
erit gaudium tibi et exultatio, et multi in nati-
vitate eius gaudebunt: 15 erit enim magnus co-
ram domino, et vinum et sicera non bibet, et
spiritu* sancto replebitur adhuc ex utero matris
suae, 16 et multos filiorum Israhel convertet ad
dominum deum ipsorum: 17 et ipse praecedet
ante illum in spiritu et virtute Heliae, ut con-
vertat corda patrum in filios et incredibiles ad
prudentiam iustorum, parare domino plebem per-
fectam. 18 Et dixit Zacharias ad angelum Unde
hoc sciam? ego enim sum senex, et uxor mea
processit in diebus suis. 19 Et respondens an-
gelus dixit ei Ego sum Gabrihel qui adsto ante
deum, et missus sum loqui ad te et haec tibi
evangelizare. 20 Et ecce eris tacens et non po-

Codex D.—13 *om.* ad illum. 17 praecidit. 19 Gabriel.

Codex K.—11 apparuit *bis repet.* . . . illi *post* domini. 13 *om.* ad illum . . . *add.* dicens *post* angelus . . . Zacharias. 15 si-

et turbatus est zaccharia
mor cecidit super illum et ait ad il
gelus dicens ne timueris zacch^{ari}as qu
iam ecce audita est oratio tua et uxo
tua elisabeth pariet tibi filium et uocab
nomen eius iohannem et erit gaudium ti
i et exultatio et multi natiuitate eius
audebunt erit enim magnus coram dn̄o
uinum et siceram non bibet et spū sc̄o re
ebitur adhuc in utero matris suae et mul
os filios israhel conuertit ad dn̄m dm̄
um et praecedet ante illum in spū et
rtute heliae ut conuertat corda patrum
filios et incredulos ad prudentiam iusto
um parare dn̄o plebem perfectam , et
ixit zaccharias ad angelum unde hoc sci
m ego uero sum senex et uxor mea proces
t in diebus suis . et respondens angelus
xit ei ego sum gabriel qui adsisto ante
n̄m et missus sum loqui ad te et haec tibi
angelizare et ecce eris mutus et non
eris loqui usq . diem quo haec fiant

ceram. 17 praecedit . . . . parate *pro* parare. 18 praecessit. 19 Gabriel (*ita semper*).

teris loqui usque in diem quo haec fiant, pro eo
quod non credidisti verbis meis, quae implebun-
tur in tempore suo. 21 Et erat plebs expectans
Zachariam, et mirabantur quod tardaret ipse in
templo. 22 Egressus autem non poterat loqui
ad illos, et cognoverunt quod visionem vidisset
in templo: et ipse erat innuens illis et permansit
mutus. 23 Et factum est ut impleti sunt dies
officii eius, abiit in domum suam. 24 Post hos
autem dies concepit Elisabet uxor eius, et occul-
tabat se mensibus quinque, dicens 25 quia sic
fecit mihi dominus in diebus quibus respexit au-
ferre opprobrium meum inter homines.

26 In mense autem sexto missus est angelus
Gabrihel a deo in civitatem Galilaeae cui nomen
Nazareth, 27 ad virginem desponsatam viro cui
nomen erat Ioseph, de domo David, et nomen
virginis Maria. 28 Et ingressus angelus ad eam
dixit Have, gratia plena: dominus tecum: bene-
dicta tu in mulieribus. 29 Quae cum audisset,
turbata est in sermone eius, et cogitabat qualis
esset ista salutatio. 30 Et ait angelus ei Ne
timeas, Maria: invenisti enim gratiam apud

Codex D.—22 innuens eis.

nplebuntur in
lebs expectans zacchariam et mir
ur quod tardaret in templo .·egress
autem non poterat loqui ad illos·et cog
uerunt quod uisionem uidit in templo et
ipse erat innuens illis et permansit mutu
et factum est ut impleti sunt dies officii
eius abiit in domum suam . post hos aute
dies concepit elisabeth . uxor eius et occu
tabat se mensibus quinque dicens qu
sic fecit mihi dn̄s in diebus quibus respe
auferre obprobrium meum inter homine
mense autem sexto missus est angelus gab
a dn̄o in ciuitatem galileae cui nomen na
reth . ad uirginem desponsatam uiro cui
men erat ioseph . de domo dauid et nome
uirginis maria . et ingressus ad eam ange
benedixit eam dicens haue gratia plena d
tecum benedicta tu inter mulieres . ipsa
tem uidens eum expauit in introitu eius
et erat cogitans quod ita eam benedixis
et ait illi angelus ne timeas maria

CODEX K.—22 annuens eis. 25 quid *pro* quia *ut vid.* (*manus recentissima* a *scripsit eraso* d). 28 inter mulieribus.

deum. 31 Ecce concipies in utero et paries
filium, et vocabis nomen eius Iesum: 32 hic erit
magnus et filius altissimi vocabitur, et dabit illi
dominus sedem David patris eius, et regnabit in
domo Iacob in aeternum, 33 et regni eius non
erit finis. 34 Dixit autem Maria ad angelum
Quomodo fiet istud, quoniam virum non cog-
nosco? 35 Et respondens angelus dixit ei Spi-
ritus sanctus superveniet in te, et virtus altissimi
obumbrabit tibi: ideoque et quod nascetur sanc-
tum vocabitur filius dei. 36 Et ecce Elisabet
cognata tua et ipsa concepit filium in senecta
sua, et hic mensis est sextus illi quae vocatur
sterilis: 37 quia non erit inpossibile apud deum
omne verbum. 38 Dixit autem Maria Ecce an-
cilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum.
Et discessit ab illa angelus.

39 Exsurgens autem Maria in diebus illis abiit
in montana cum festinatione in civitatem Iuda,
40 et intravit in domum Zachariae et salutavit
Elisabet. 41 Et factum est ut audivit salutatio-
nem Mariae Elisabet, exultavit infans in utero
eius: et repleta est spiritu sancto Elisabet, 42 et

Codex D.—32 dominus deus. 36 *om.* et *tert.* 41 et exultavit*.

et paries filium et uocabis nom
ihm̄ hic erit magnus et filius altissimi
cabitur et dabit ei dn̄s sedem dauid
atris eius et regnabit in domo iacob in ae
ernum et regni eius non erit finis , dixit
utem maria ad angelum quomodo fiet is
ud quoniam uirum non noui . et respon
ens angelus dixit illis sps̄ scs̄ superueniet
n te , et uirtus altissimi obumbrabit tibi
eoq . et quod ex te nascetur scm̄ uocabitur
lius dī et ecce elisabeth cognata tua et ipsa
oncepit filium in senecta sua et hic mensis
extus illi est quae uocatur sterilis quia non
st impossibile apud dm̄ omne uerbum , et
espondens maria dixit ecce ancilla dn̄i con
ngat mihi secundum uerbum tuum , et disces
it ab illa angelus . et exsurgens maria in die
us illis abiit in montana cum festinatione
ciuitatem iudeae et intrauit in domum zac
hariae et salutauit elisabeth . et factum est ut
diuit elisabeth salutationem mariae
auit infans in utero eius . et repleta

10 (*corr. ex* 'nascitur').

CODEX K.—32 dominus deus. 35 nasceretur. 37 non erat. 39 montana confestinatione.

exclamavit voce magna et dixit Benedicta tu
inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.
43 Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei
ad me? 44 Ecce enim ut facta est vox saluta-
tionis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio
infans in utero meo. 45 Et beata quae credidit
quoniam perficientur ea quae dicta sunt ei a
domino.

46 Et ait Maria Magnificat anima mea domi-
num. 47 et exultavit spiritus meus in deo salu-
tari meo, 48 quia respexit humilitatem ancillae
suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes
generationes, 49 quia fecit mihi magna qui po-
tens est: et sanctum nomen eius, 50 et miseri-
cordia eius in progenies et progenies timentibus
eum. 51 Fecit potentiam in brachio suo, disper-
sit superbos mente cordis sui: 52 deposuit po-
tentes de sede et exaltavit humiles, 53 esurientes
implevit bonis et divites dimisit inanes. 54 Sus-
cepit Israhel puerum suum memorari misericor-
diae, 55 sicut locutus est ad patres nostros,
Abraham et semini eius in saecula.

Codex D.—47 exaltavit. 55 Abraam.

Codex K.—45 quae credidisti . . . tibi *pro* ei. 54 suscipit. 55 usque in saecula.

magna dicens . benedicta tu in es et benedictus fructus uentris tu de hoc mihi ut ueniat mater dn̄i mei a ecce enim ut facta est uox salutation tuae ad aures meas exultauit in gaud infans in utero meo et beata es quae cred disti quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a dn̄o . et ait maria magnificat anima mea dn̄m̄ et exultauit sps̄ meus in dō salutari meo quia respexit humilitat meam ecce enim ex hoc beatam me dic omnes generationes quia fecit mihi mag qui potens est et sanctum nomen eius et sericordia eius in progeniem [ni / et progiem] timentibu eum . fecit potentiam in bracchio suo dissip uit superbos in intellectu cordis eorum . d possuit potentiam inpotentium de sede , exaltauit humiles esurientes impleuit bo nis et diuites dimisit inanes suscepit israhel puerum suum memorari misseric diae suae sicut locutus est ad patres nos abraham . et semini eius in saecula .

56 Mansit autem Maria cum illa quasi mensi-
bus tribus, et reversa est in domum suam.

57 Elisabet autem impletum est tempus pari-
endi, et peperit filium. 58 Et audierunt vicini et
cognati eius quia magnificavit dominus miseri-
cordiam suam cum illa, et congratulabantur ei.
59 Et factum est in die octavo venerunt circum-
cidere puerum, et vocant eum nomine patris eius
Zachariam. 60 Et respondens mater eius dixit
Nequaquam, sed vocabitur Iohannes. 61 Et dix-
erunt ad illam quia nemo est in cognatione tua
qui vocetur hoc nomine. 62 Innuebant autem
patri eius quem vellet vocari eum. 63 Et pos-
tulans pugillarem scripsit dicens Iohannes est
nomen eius. Et mirati sunt universi. 64 Aper-
tum est autem illico os eius et lingua eius, et
loquebatur benedicens deum. 65 Et factus est
timor super omnes vicinos eorum, et super om-
nia montana Iudaeae divulgabantur omnia verba
haec, 66 et posuerunt omnes qui audierant in
corde suo, dicentes Quid putas puer iste erit?
Etenim manus domini erat cum illo.

CODEX D.—59 vocabant.

CODEX K.—59 vocabant. 66 qui audiebant.

et reuersa est in domum suam el
eth autem impletum est tempus pari
di et peperit filium et audierunt uici
i eius et cognati eius quia magnificauit
dn̄s missericordiam suam cum illa et con
egabantur ei . et factum est in die octa
uo ut uenirent et circumciderent pue
rum et uocauerunt eum nomine patris
eius zacchariam . et respondens mater
us dixit non sed uocabitur iohannis .
dixerunt ad eam nemo est in cognatione
ua qui uocetur hoc nomine . innuebant
utem et patri eius quem uellet uocari eum
accepit pugillarem et scribsit dicens . iohan
is est nomen eius et mirati sunt omnes et
continuo resoluta est lingua eius et aper
tum est os eius et loquebatur benedicens
dn̄m , et factus est timor in omnes uicinos
orum et in uniuersa montana iudaeae
haec uerba
diffamabuntur et posuerunt omnes qui
dierunt in corde suo dicentes quid
e erit puer iste nam et manus dn̄i

---

21 (*sic m. sec.*)

67 Et Zacharias pater eius impletus est spiritu
sancto et prophetavit dicens 68 Benedictus deus
Israhel, quia visitavit et fecit redemptionem plebi
suae, 69 et erexit cornu salutis nobis in domo
David pueri sui, 70 sicut locutus est per os
sanctorum qui a saeculo sunt prophetarum eius,
71 salutem ex inimicis nostris et de manu
omnium qui nos oderunt, 72 ad faciendam mise-
ricordiam cum patribus nostris et memorari tes-
tamenti sui sancti, 73 iusiurandum quod iuravit
ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis
74 ut sine timore de manu inimicorum nostrorum
liberati serviamus illi 75 in sanctitate et iustitia
coram ipso omnibus diebus nostris. 76 Et tu
puer propheta altissimi vocaberis: praeibis enim
ante faciem domini parare vias eius, 77 ad dan-
dam scientiam salutis plebi eius in remissionem
peccatorum eorum 78 per viscera misericordiae
dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto,
79 inluminare his qui in tenebris et in umbra
mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in
viam pacis.

Codex D.—71 oderunt nos. 76 vocaveris.

Codex K.—68 dominus deus . . . . plebis. 69 domu.

pletus est spū sc̄o et profetaba
benedictus ds̄ israhel quia uisitau
fecit redemptionem plebis suae et ere
cornum salutis nobis in domum dau
pueri sui sicut locutus est per os̄ sc̄orum
profetarum suorum qui ab eo sunt et
berauit nos ab inimicis nostris et de m
nu omnium qui oderunt nos ad facie
dam misericordiam cum patribus nos
tris et memoratus est testamenti sc̄ī su
iusiurandum quod iurauit ad abraha
patrem nostrum daturum se nobis ut
ne timore de manu inimicorum nostro
rum liberati seruiamus et in san[c]titate et
iustitia coram ipso omnibus diebus nostri
et tu puer profeta altissimi uocaberis .
praeibis enim ante faciem dn̄i parare ui
eius ad dandam scientiam salutis plebis
eius in remissionem peccatorum eorum per
uiscera misericordiae dī nostri in quibu
uisitauit hos oriens ex alto ut luceat l
qui in tenebris et umbra mortis se

---

70 sanctorum profetarum suorum qui ab ino (*sic*) sunt. 71 et liberavit nos ab inimicis. 74 de manibus. 76 vocaveris. 79 *om.* in *sec.*

80 Puer autem crescebat et confortabatur spiritu, et erat in deserto usque in diem ostensionis suae ad Israhel.

II. 1 Factum est autem in diebus illis exiit
edictum a Caesare Augusto ut describeretur universus orbis: 2 haec descriptio prima facta est
praeside Syriae Cyrino: 3 et ibant omnes ut
profiterentur singuli in suam civitatem. 4 Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de civitate Nazareth in Iudaeam, civitatem David quae vocatur Bethleem, eo quod esset de domo et familia
David, 5 ut profiteretur cum Maria desponsata
sibi uxore praegnante. 6 Factum est autem cum
essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, 7 et peperit filium suum primogenitum, et pannis eum involvit et reclinavit eum in praesepio, quia non erat eis locus in diversorio.

[2] 8 Et pastores erant in regione eadem vigilantes et custodientes vigilias noctis supra gregem suum. 9 Et ecce angelus domini stetit

---

Codex D.—80 desertis . . . usque ad diem. II. 1 a cussare agusto. 2 cyri nomine.

Codex K.—80 in spiritu . . . desertis . . . usque ad diem . . . et *pro* ad. II. 1 in illis diebus . . . accessare agusto ut censum profiterentur universi per orbem terrae. 2 a praeside . .. cyrino nomine. 4 *om.* et. 5 sibi disponsata . . .

nostros in uia autem crescebat et confortabatu pu et erat in desertis usq. in diem osten onis suae in israhel ,,,, ,,,, ,,,, ,,,, ,,,, ,,,, ,,,, factum est autem in diebus illis exiit edi tum a caesare augusto ut censum profite rentur uniuersi in orbe terrarum , haec professio prima facta est praeside syriae cyrino et ibant omnes ut profiterentur censum unusquisque in suam ciuitatem . ascendit autem et ioseph . a galilea de ciuita e nazareth . in terram iudeam in ciuitatem dauid quae uocatur bethlem eo quod esset de domo et patria dauid ut profiteretur censum suum cum maria sponsa sua praegna te . factum est autem dum ibi essent imple ti sunt dies ut pareret et peperit filium primo genitum et pannis eum conuoluit et possuit n praesaepio quia non erat locus in eo deuer rio pastores autem erant in illa regione lantes et custodientes uigilias noctis gregem suum , et ecce angelus dn̄i s

praegnante de spiritu sancto. 6 ibi essent. 8 in eadem regione. 9 stetit circa illos . . . circumfulsit eos.

iuxta illos, et claritas dei circumfulsit illos, et
timuerunt timore magno. 10 Et dixit illis an-
gelus Nolite timere: ecce enim evangelizo
vobis gaudium magnum, quod erit omni populo,
11 quia natus est vobis hodie salvator, qui est
Christus dominus, in civitate David. 12 Et hoc
vobis signum: invenietis infantem pannis involu-
tum et positum in praesepio. 13 Et subito facta
est cum angelo multitudo militiae caelestis lau-
dantium deum et dicentium 14 Gloria in altissi-
mis deo, et in terra pax in hominibus bonae
voluntatis. 15 Et factum est ut discesserunt ab
eis angeli in caelum, pastores loquebantur ad
invicem Transeamus usque Bethleem et videa-
mus hoc verbum quod factum est, quod fecit
dominus et ostendit nobis. 16 Et venerunt fes-
tinantes, et invenerunt Mariam et Ioseph et
infantem positum in praesepio. 17 Videntes
autem cognoverunt de verbo quod dictum erat
illis de puero hoc. 18 Et omnes qui audierunt
mirati sunt et de his quae dicta erant a pasto-
ribus ad ipsos: 19 Maria autem conservabat
omnia verba haec conferens in corde suo. 20 Et

Codex D.—14 pax hominibus. 15 quod dominus ostendit.

et timuerunt timore magno
is angelus nolite timere ecce enim
io uobis gaudium magnum quod erit in
ni populo quia natus est uobis hodie co
seruator salutis qui est χp̄s̄ dn̄i in ciuitate
dauid et hoc uobis signum inuenietis in
fantem pannis inuolutum et possitum in p
sepio . et subito facta est cum angelo mul
tudo exercitus caelestis laudantium dm̄
et dicentium . gloria in excelsis dō et in
ra pax hominibus bonae uoluntatis . et
factum est ut discesserunt ab illis angel
in caelum pastores illi dixerunt ad inuic
transeamus usq . in bethlem et uideam
de hoc uerbo quod factum est sicut ds̄ o
tendit nobis . et uenerunt festinantes
et inuenerunt mariam et ioseph . et infan
tem possitum in praesepio et cognouerunt
de uerbo quod factum est illis de puero
et omnes qui audierunt mirati sunt ad ea
quae dicta erant a pastoribus ad eos
maria autem intuebatur omnia haec

CODEX K.—10 dixit eis. 11 salvator *corr. a pr. m. ut vid. in* salvatur. 14 pax hominibus. 15 usque in Bethlem . . . est sicut dominus ostendit. 17 de hoc verbo.

reversi sunt pastores, glorificantes et laudantes deum in omnibus quae audierant et viderant sicut dictum est ad illos.

21 Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo prius quam in utero conciperetur.

22 Et postquam impleti sunt dies purgationis
eius secundum legem Moysi, tulerunt illum in
Hierusalem ut sisterent eum domino, 23 sicut
scriptum est in lege domini quia omne masculi-
num adaperiens vulvam sanctum domino voca-
bitur, 24 et ut darent hostiam secundum quod
dictum est in lege, par turturum aut duos pullos
columbarum.

[3] 25 Et ecce homo erat in Hierusalem cui
nomen Symeon, et homo iste iustus et timoratus,
expectans consolationem Israhel, et spiritus sanc-
tus erat in eo: 26 et responsum acceperat ab
spiritu sancto, non visurum se mortem nisi prius
videret Christum domini. 27 Et venit in spiritu
in templum: et cum inducerent puerum Iesum

CODEX D.—24 in lege domini. 26 a spiritu.
CODEX K.—20 laudantes dominum. 21 circumcideretur

res laudantes et magnifican
omnibus quae audierant et uiderant
cut dicta sunt ad illos , , , , , , , ,
et postquam consummati sunt dies octo
ut circumcideretur puer uocatum est
nomen eius ihs̄ quod uocatum est ab an
gelo prius quam in utero conciperetur ,
et postquam impleti sunt dies purgationis
eius secundum legem moysi tulerunt illum
n hierusalem ut offerent eam dn̄o sicut
cribtum est in lege dn̄i , quia omnis mascu
us qui adaperit uuluam scm̄ dn̄o uocabi
tur et ut offerent sacrificium secundum
quod dictum est in lege dn̄i par turturum
aut duos pullos columbarum . et ecce erat
homo in hierusalem cui nomen erat simeon
et homo iste iustus et timens dm̄ expectans
consolationem israhel et sp̄s sc̄s erat in ipso
esponsum autem acceperat a spū sc̄o
non uisurum eum mortem nisi prius uide
χp̄m dn̄i et uenit in spū in templum et
nducerent parentes eius puerum ih

---

puer. 22 adsignarent *pro* sisterent. 24 hostias . . . in lege domini. 26 a spiritu.

parentes eius ut facerent secundum consuetudi-
nem legis pro eo, 28 et ipse accepit eum in
ulnas suas et benedixit deum et dixit 29 Nunc
dimittis servum tuum, domine, secundum ver-
bum tuum in pace, 30 quia viderunt oculi mei
salutare tuum, 31 quod parasti ante faciem om-
nium populorum, 32 lumen ad revelationem gen-
tium et gloriam plebis tuae Israhel. 33 Et erat
pater eius et mater mirantes super his quae dice-
bantur de illo. 34 Et benedixit illis Symeon, et
dixit ad Mariam matrem eius Ecce positus est
hic in ruinam et resurrectionem multorum in
Israhel et in signum cui contradicetur : 35 et
tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut re-
velentur ex multis cordibus cogitationes, 36 Et
erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu
Aser : haec processerat in diebus multis et vixe-
rat cum viro suo annis septem a virginitate sua,
37 et haec vidua usque ad annos octoginta quat-
tuor, quae non discedebat de templo ieiuniis et
obsecrationibus serviens nocte ac die. 38 Et

Codex D.—29 dimitte. 31 praeparasti*. 34 benedixit illos . . . *om.* in *prim.* et *tert.* 35 pertransiet. 37 obscurationibus.

inem legis pro eo . suscipiens n in manibus suis benedixit dm̄ t . nunc dimitte seruum dn̄e sec dum uerbum tuum in pace . quia uideru oculi mei salutare tuum quod praepar ti ante faciem omnium populorum lu men ad reuelationem gentium et gloriam plebis tuae israhel . et erat ioseph et mate ihū mirantes super his quae dicebantur de illo et benedixit eos symeon . et dixit a mariam matrem eius , ecce hic possitus es in ruina et resurrectione multorum in israhel et in signum quod contradicetur et tuam ipsius animam pertransibit gladi ut reuelentur multorum cordium cogitat ones . et erat in eodem tempore anna pr fetes filia fanuel de tribu aser haec erat progressa aetate in diebus multis quae uixerat cum uiro suo annis septem a uir ginitate sua et ipsa uidua erat annorum xxxiiii . quae non discedebat de templo iei obsecrationibus seruiens die ac no

Codex K.—28 accipit. 29 dimitte. 31 praeparasti. 34 benedixit illos . . . *om.* in *posterius*. 35 pertransiet. 37 vidua erat.

haec ipsa hora superveniens confitebatur domino et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem.

39 Et ut perfecerunt omnia secundum legem
domini, reversi sunt in Galilaeam in civitatem
suam Nazareth. 40 Puer autem crescebat et
confortabatur plenus sapientia, et gratia dei erat
in illo.

41 Et ibant parentes eius per omnes annos in
Hierusalem in die sollemni paschae. **4** 42 Et
cum factus esset annorum duodecim, ascenden-
tibus illis in Hierosolymam secundum consuetu-
dinem diei festi, 43 consummatisque diebus cum
redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, et
non cognoverunt parentes eius. 44 Existimantes
autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei,
et requirebant eum inter cognatos et notos, 45 et
non invenientes regressi sunt in Hierusalem re-
quirentes eum. 46 Et factum est post triduum

Codex K.—40 erat cum illo. 44 *om.* esse.

et loquebatur de illo omnibus
ui expectabant redemptionem israhel
et ut perfecerunt omnia secundum leg
dn̄ı reuersi sunt in galileam in ciuita
tem suam nazareth . puer autem cres
cebat et confortabatur et inpleba
tur spū sapientiae et gratia dī erat cum
illo . et ibant ioseph et maria per omnes
annos in hierusalem in die sollemni pascha

,,, ,,, ,,, ,,, ,,,

et cum factus esset annorum xii et ascen
dissent parentes eius in hierusolyma secun
dum consuetudinem diei festi . et cum con
summati essent dies sacrificationis cum
iam reuersi essent remansit puer ihs̄ in hie
rusalem . et nesciebat ioseph et mater eius
praecedentes eum existimantes illum esse
in comitatu . uenerunt autem iter diei
et requirebant eum inter cognatos eius
et notos . et non inuenientes eum reuer
nt in hierusalem requirentes eum

invenerunt illum in templo sedentem in medio
doctorum, audientem illos et interrogantem:
47 stupebant autem omnes qui eum audiebant
super prudentia et responsis eius. 48 Et viden-
tes admirati sunt, et dixit mater eius ad illum
Filii, quid fecisti nobis? ecce pater tuus et ego
dolentes quaerebamus te. 49 Et ait ad illos
Quid est quod me quaerebatis? nesciebatis quia
in his quae patris mei sunt oportet me esse?
50 Et ipsi non intellexerunt verbum quod locu-
tus est ad illos. 51 Et descendit cum eis et
venit Nazareth, et erat subditus illis: et mater
eius conservabat omnia verba haec in corde suo.
52 Et Iesus proficiebat sapientia, aetate et gratia
apud deum et homines.

III. **5** 1 Anno autem quintodecimo imperii Ti-
berii Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudaeam,
tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo au-
tem fratre eius tetrarcha Ituraeae et Trachoniti-
dis regionis, et Lysania Abilinae tetrarcha, 2 sub
principibus sacerdotum Anna et Caiapha, factum

Codex D.—46 interrogantem illos. 47 et stupebant autem* . . . prudentiam. 48 nobis sic. III. 1 Abilante.

Codex K.—46 interrogantem illos. 47 prudentiam. 48 eius

m est post triduum
lum in templo sedentem in med
torum audientem illos et interrog
tem illos , stupebant autem omnes q
eum audiebant super prudentiam et re
ponsis eius , et uisio illo expauerunt , , ,
et dixit mater eius ad illum fili quid fe
cisti nobis ecce enim dolentes et tri
tes quaerebamus te   et ait ad illos quid e
quod me quaerebatis nescitis quia in p
tris mei oportet me esse et ipsi non intell
xerunt uerbum quod locutus est ad illos
et descendit cum eis et uenerunt nazar
et erat subditus illis . mater autem eius co
seruabat omnia uerba haec quae audieb
ab eo in corde suo   et ihs̄ procedebat aeta
et sapientia et gratia apud dm̄ et apud hom
nes anno autem quinto decimo imperi
tiberi caesaris procurante pontio pilato
legato iudeae tetra^{r}cha autem galileae
herode filippo autem fratre ipsius tetr
cha itureae et traconitidis regionis
sanio abiliane tetrarcha   sub pri

[13] (*corr. ex* 'discendit').

---

ad filium . . . nobis sic. 49 quoniam *pro* quia. III. 1 tetrarcha Herode Galilae . . . Abiliane.

est verbum dei super Iohannem Zachariae filium
in deserto. 3 Et venit in omnem regionem Ior-
danis praedicans baptismum paenitentiae in re-
missionem peccatorum, 4 sicut scriptum est in
libro sermonum Esaiae prophetae Vox clamantis
in deserto Parate viam domini, rectas facite se-
mitas eius: 5 omnis vallis implebitur et omnis
mons et collis humiliabitur, et erunt prava in
directa et aspera in vias planas, 6 et videbit
omnis caro salutare dei. 7 Dicebat ergo ad
turbas quae exiebant ut baptizarentur ab ipso
Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere
a ventura ira? 8 Facite ergo fructus dignos
paenitentiae, et ne coeperitis dicere Patrem ha-
bemus Abraham: dico enim vobis quia potest
deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.
9 Iam enim securis ad radicem arborum posita
est: omnis ergo arbor non faciens fructum exci-
ditur et in ignem mittitur. 10 Et interrogabant

Codex D.—2 verbum domini. 4 et essaiae. 5 replebitur . . . *om.* in vias planas*. 7 futura ira. 9 excidetur . . . mittetur.

Codex K.—4 Aesariae*. 6 *post* planas *add.* et videbitur maies (*sic*) domini. 7 O generatio viperarum . . . futura ira. 8 et neque peritis (*sic*). 9 excidetur . . . mittetur.

tum

erbum dn̄i super iohannem zacchar . . ium in deserto et uenit in omnem regio nem iordanis praedicans baptismum pae nitentiae sicut scribtum est in libro ser monum eseiae profetae dicentis . uox clamantis in deserto parate uiam dn̄i rectas facite semitas dī nostri . omnis uallis replebitur et omnis mons et collis humiliabitur et erunt omnia praua in di rectum et aspera in uias planas . et uidebi tur maiestatis dn̄i et uidebit omnis caro salutarem dī . dicebat autem ad turbas quae exiebant ut baptizarentur coram ipso generatio uiperarum quis ostendit uobis fugere ab ira uentura . facite er go fructum dignum paenitentia . et ne coe peritis dicere patrem habemus abraham dico autem uobis quia potens est ds̄ ex lapi dibus istis suscitare filios abrahae , iam autem securis ad radices arborum possita est omnis igitur arbor quae non facit ctum bonum excidetur et in ignem

eum turbae dicentes Quid ergo faciemus? 11 Re-
spondens autem dicebat illis Qui habet duas tu-
nicas det non habenti, et qui habet escas similiter
faciat. 12 Venerunt autem et publicani ut bap-
tizarentur, et dixerunt ad illum Magister, quid
faciemus? 13 At ille dixit ad eos Nihil amplius
quam constitutum est vobis faciatis. 14 Interro-
gabant autem eum et milites dicentes Quid facie-
mus et nos? Et ait illis Neminem concutiatis
neque calumniam faciatis, et contenti estote sti-
pendiis vestris. 15 Existimante autem populo
et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Io-
hanne, ne forte ipse esset Christus, 16 respondit
Iohannes dicens omnibus Ego quidem aqua bap-
tizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum
dignus solvere corrigiam calciamentorum eius,
ipse vos baptizabit in spiritu sancto et igni:
17 cuius ventilabrum in manu eius, et purgabit
aream suam, et congregabit triticum in horreum
suum, paleas autem conburet igni inextinguibili.
18 Multa quidem et alia exhortans evangeli-

Codex D.—15 *om.* Christus. 16 respondens . . . dicens. 17 conburit.

Codex K.—16 quidem baptizo vos aqua in penitentia, venit. 17 mundabit *pro* purgabit.

et interrogabant
centes quid ergo faciemus resp
autem dicebat illis . qui habet duas tu
cas det non habenti et qui habet escas si
ter faciat , uenerunt autem et publicani
ut baptizarentur et dixerunt ad illum
magister quid faciemus ad ille dixit eis
nihil amplius exigatis quam quod consti
tutum est uobis interrogauerunt autem
eum et milites dicentes quid faciemus
nos et ait illis neminem concutiatis nec
calumniam faciatis et contenti estote
stipendiis uestris . . existimante autem pop
lo et cogitantibus in praecordiis suis de io
hanne ne forte ipse esset χp̄s , et responde
dixit omnibus iohannes . ego quidem uos
baptizo aqua in paenitentiam . ueniet aut
fortior me cuius ego non sum dignus calce
menta portare ipse uos baptizauit in sp
sc̄o et igni . habens uentilabrum in manu su
et purgabit aream suam et congregabit
triticum in horreum suum paleas autem
ret igni inextinguibili . multa quid

zabat populum: 19 Herodes autem tetrarcha
cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore
fratris sui, et de omnibus malis quae fecit He-
rodes, 20 Adiecit et hoc supra omnia et inclusit
Iohannem in carcere.

6 21 Factum est autem cum baptizaretur om-
nis populus, et Iesu baptizato et orante apertum
est caelum, 22 et descendit spiritus sanctus cor-
porali specie sicut columba in ipsum, et vox de
caelo facta est Tu es filius meus dilectus, in te
complacuit mihi.

23 Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum
triginta, ut putaretur, filius Ioseph, qui fuit Heli,
24 qui fuit Mattat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi,
qui fuit Iannae, qui fuit Ioseph, 25 qui fuit Mat-
thathiae, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit
Esli, qui fuit Naggae, 26 qui fuit Maath, qui fuit
Matthathiae, qui fuit Semei, qui fuit Iosec, qui

Codex D.—20 *om.* et *sec.* 22 in te bene conplacuit mihi. 23 putabatur. 24 Mattha. 25 Matthatiae . . . . Navum. 26 Maat . . . Matthatiae . . . Simei . . . Iosch . . . Iuda.

Codex K.—18 populo. 20 *om.* et *sec* . . . . in carcerem. 22 columbam. 23 putabatur. 24 Matha . . . Ianne. 25 Navum . . . . Nagge. 26 (*post* Maath) qui fuit Mathath qui fuit Iae . . . . Symei . . . . Ioseph. Osse . . . . Ressa . . . . Zorbba.

lo herodes autem tetrarcha
m corriperetur ab illo de herodia
de uxore fratris sui et de omnibus ma
is quae faciebat herodis et adiecit hoc
super omnia et inclusit iohannē in carcere
,,, ,,, ,,, ,,, vi
factum est autem cum baptizatus esset
omnis populus ab iohanne cumq. et ihs̄
baptizatus esset ab eo et orante ipso
aperti sunt caeli et descendit sps̄ scs̄ cor
porali specie quasi columba in eum et uox
de caelo facta est filius meus es tu ego ho
die genui te . et ipse ihs̄ erat incipiens
quasi annorum xxx qui putabatur

filius . .	ioseph . . .	filius . .	naum
filius . .	heli	filius . .	sedi
filius . .	matthatiae . .	filius . .	nange
filius . .	leuui	filius . .	matthiae
filius . .	melchi . . .	filius . .	semei
filius . .	iannae . . .	filius . .	osech
.ilius . .	iŏseph . . .	filius . .	iudae
. . us . .	amos . . .	filius . .	iohann

fuit Ioda, 27 qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui
fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
28 qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam,
qui fuit Helmadam, qui fuit Her, 29 qui fuit
Ihesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit
Matthad, qui fuit Levi, 30 qui fuit Symeon, qui
fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit
Eliachim, 31 qui fuit Melea, qui fuit Menna,
qui fuit Matthata, qui fuit Nathan, qui fuit
David, 32 qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui
fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33 qui fuit Aminadab, qui fuit Aran, qui fuit
Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudae, 34 qui
fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui
fuit Tharae, qui fuit Nachor, 35 qui fuit Seruch,
qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Eber,
qui fuit Sale, 36 qui fuit Chainan, qui fuit

Codex D.—27 Iorobabel. 28 Cossam . . . Ier.* 29 Iessu . . . Zorim . . . Mathat. 30 Simeon. 31 Melcha . . . . Mathatia. 32 Boos . . . Naason. 33 Aram . . . Iudeae. 35 Phalech. 36 Cainan.

Codex K.—28 Elmadam . . . Er. 29 Iesu . . . Zorim . . . Mathat. 30 Semeon . . . Eliacim. 31 Melcha . . . Mathathia . . . . Natham. 32 Boos. 33 Aram . . . . Asrom . . . Fares. 34 Abracham. 35 Faleg . . . Sala. 36 Cainan . . . Lamec.

....	resa	filius	
....	zorobabel	filius	
. ius	salathielis	filius	bo
. lius	neri	filius	salm
.ilius	melchi	filius	nasso
filius	addi	filius	amina
filius	cosae	filius	aram
filius	elmedae	filius	esrom
filius	er	filius	fares
filius	iesu	filius	iudae
filius	eliezer	filius	iacob
filius	zoris	filius	isac
filius	matthat	filius	abrah
filius	leuui	filius	thera
filius	simeon	filius	nacho
filius	iudae	filius	seruch
filius	ioseph	filius	nagau
filius	ionae	filius	phalec
filius	eliachis	filius	eber
filius	enam	filius	salae
filius	matthatae	filius	cainan
filius	natham	filius	arfax
filius	dauid	filius	sem

Arfaxat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit La-
mech, 37 qui fuit Matthusale, qui fuit Enoch,
qui fuit Iared, qui fuit Malelehel, qui fuit Cainan,
38 qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam,
qui fuit dei.

IV. 1 Iesus autem plenus spiritu sancto re-
gressus est ab Iordane, et agebatur in spiritu in
desertum 2 diebus quadraginta, et temptabatur
a diabolo. Et nihil manducavit in diebus illis, et
consummatis illis esuriit. 3 Dixit autem illi dia-
bolus Si filius dei es, dic lapidi huic ut panis fiat.
4 Et respondit ad illum Iesus Scriptum est quia
non in pane solo vivet homo sed in omni verbo
dei. 5 Et duxit illum diabolus et ostendit illi
omnia regna orbis terrae in momento temporis,
6 et ait ei Tibi dabo potestatem hanc universam
et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt et cui
volo do illa: 7 tu ergo procidens si adoraveris
coram me, erunt tua omnia. 8 Et respondens
Iesus dixit illi Scriptum est Dominum deum
tuum adorabis et illi soli servies. 9 Et duxit

5 (*diabulus*).

CODEX D.—37 Enoc . . . Iored . . . Maleel. IV. 1 a Iordane. 2 diabulo *corr.* in zabulo. 3 zabulus (*et* 5, 13). 6 voluero. 7 *om.* procidens.

. . . .		filius . .	ca
. . . s . .	lamech . . .	filius . .	enos
. lius . .	matusalā . .	filius . .	seth
.ilius . .	enoch . . .	filius . .	adam
filius . .	iareth . . .	filius . .	est dī
filius . .	maleleel . . .		

hs̄ autem repletus spū sc̄o reuersus est a iordane et agebatur in spū in deserto per dies xl temptabatur a diabulo et nihil manducauit in illis diebus et con summatis his postea esuriit dixit autem illi diabolus si filius dī es dic ut lapides sti panes fiant respondit illi ihs̄ scribtum est non in pane solo uiuet homo sed in om ni uerbo dī et duxit illum diabolus in hie rusalem et statuit eum supra pinam templi et dixit illi si filius dī es mitte te hinc de orsum scribtum est enim quod angelis suis mandauit de te ut te conseruent et in manibus tollant te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum et respondens h̄ dixit illi scribtum est non temptabis dm̄ tuum . et duxit illum iterum diab

Codex K.—37 Mathusale . . . Enoc . . . Iored . . . Maleeleel. 38 Set. IV. 1 a Iordane. 2 in diebus . . . . his *pro* illis. 3 zabulus (*et* 5, *non* 13). 4 vivit. 6 voluero. 7 tu vero si cadens adoraveris.

illum in Hierusalem et statuit eum supra pinnam
templi, et dixit illi Si filius dei es, mitte te hinc
deorsum: 10 scriptum est enim quod angelis
suis mandabit de te ut conservent te, 11 et quia
in manibus tollent te ne forte offendas ad lapi-
dem pedem tuum. 12 Et respondens Iesus ait
illi Dictum est Non temptabis dominum deum
tuum. 13 Et consummata omni temptatione dia-
bolus recessit ab illo usque ad tempus.

14 Et egressus est Iesus in virtute spiritus in
Galilaeam, et fama exiit per universam regionem
de illo: 15 et ipse docebat in synagogis eorum,
et magnificabatur ob omnibus.

7 16 Et venit Nazareth, ubi erat nutritus, et
intravit secundum consuetudinem suam die sab-
bati in synagogam, et surrexit legere. 17 Et
traditus est illi liber prophetae Esaiae: et ut
revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat
18 Spiritus domini super me, propter quod unxit
me evangelizare pauperibus, misit me 19 praedi-

Codex D.—9 dixit illis. 10 mandavit. 11 *om.* et. 14 (egressus = *Am.*) 14 exiit in universam. 17 *om.* ut.

Codex K.—10 mandavit. 11 *om.* et . . . . manibus tuis. 14 regressus . . . in *pro* per. 17 *om.* ut. 18 misit me sanare contritos corde.

tissimum
omnia regna orbis terrae in mo
o temporis et dixit illi diabolus tibi
o potestatem hanc uniuersam et glori
lorum quia mihi tradita sunt et cui uo
uero dabo illum , tu ergo si procedens
adoraueris me erunt tua omnia et res
pondens dixit illi ihs̄ uade post me sata
nas scribtum est diliges dn̄m dm̄ tuum et il
soli seruies et consummata omni temptati
one diabolus recessit ab eo usq. ad temp
et egressus est ihs̄ in uirtute sp̄s in galilea
et famaṁ exiit in uniuersam regionem de
illo et ipse docebat in synagogis eorum
et magnificabatur ab omnibus vii
. . . .
et uenit in nazareth ubi erat nutritus
et intrauit secundum consuetudinem suam
die sabbati in synagogam et surrexit lege
re et traditus est illi liber esseiae profetae
et ut reuoluit librum inuenit locum ubi erat
scribtum . sp̄s dn̄i super me propter quod
cxit me euangelizare pauperibus

---

14 ('i' *suprascr. e corr.*) 15 ('vii' *delet. vid. not.* p. 421).

care captivis remissionem et caecis visum, dimit-
tere confractos in remissionem, praedicare an-
num domini acceptum et diem retributionis.
20 Et cum plicuisset librum, reddidit ministro
et sedit, et omnium in synagoga oculi erant
intendentes in eum. 21 Coepit autem dicere
ad illos quia hodie impleta est haec scriptura
in auribus vestris. 22 Et omnes testimonium
illi dabant, et mirabantur in verbis gratiae quae
procedebant de ore ipsius, et dicebant Nonne hic
filius est Ioseph? 23 Et ait illis Utique dicetis
mihi hanc similitudinem Medice, cura te ipsum:
quanta audivimus facta in Capharnaum, fac et
hic in patria tua. 24 Ait autem Amen dico
vobis quia nemo propheta acceptus est in patria
sua. 25 In veritate dico vobis, multae viduae
erant in diebus Heliae in Israhel, quando clau-
sum est caelum annis tribus et mensibus sex,
cum facta est fames magna in omni terra, 26 et

Codex D.—23 dicitis . . . *om.* et*.

Codex K.—19 visum restituere, dimittere confractos in requiem. 20 conplicuisset. 22 est filius. 23 dicitis . . . hic et.

are captiuis remissionem et caeci
sum dimittere confractos in remissi
onem praedicare annum dn̄ı acceptū
et diem retributionis et cum plic̣uisset
librum reddidit ministro et sedit et om
nium in synagoga oculi erant intenden
tes in eum , coepit autem dicere ad eos
quoniam hodie iam impleta est haec scrib
tura in auribus uestris . et omnes illi tes
timonium reddebant et mirabantur
in uerbis gratiae quae prodiebant de o
re ipsius et dicebant nonne hic est filius
ioseph et ait ad illos utique dicetis mihi
hanc similitudinem medice cura te ipsū
quaecumq. audiuimus facta cafarna
um fac et hic in patria tua . ait autem ihs̄
amen amen dico uobis quia nemo pro
feta acceptus est in patria sua in uerita
te dico uobis multae uiduae fuerunt
in diebus heliae in israhel quando clu
sum est caelum annis tribus et mensibu
x cum facta est famis magna in omn

ad nullam illarum missus est Helias nisi in Sa-
reptha Sydonae ad mulierem viduam. 27 Et
multi leprosi erant in Israhel sub Helisaeo pro-
pheta, et nemo eorum mundatus est nisi Neman
Syrus. 28 Et repleti sunt omnes in synagoga
ira haec audientes, 29 et surrexerunt et eiece-
runt illum extra civitatem, et duxerunt illum
usque ad supercilium montis, supra quem civitas
illorum erat aedificata, ut praecipitarent eum:
30 ipse autem transiens per medium illorum
ibat.

31 Et descendit in Capharnaum civitatem Ga-
lilaeae, ibique docebat illos sabbatis: 32 et stu-
pebant in doctrina eius, quia in potestate erat
sermo ipsius.

8 33 Et in synagoga erat homo habens dae-
monium inmundum, et exclamavit voce magna
34 dicens Sine, quid nobis et tibi, Iesu Naza-
rene? venisti perdere nos? scio te qui sis,
sanctus dei. 35 Et increpavit illi Iesus dicens

Codex D.—26 Sarepta Sidoniae. 27 Eliseo. 31 et Galileae. 34 *om.* sine . . . te quia sis.

Codex K.—26 Sarepta Sydoniae. 27 Eleseo. 29 ad super cilicium. 31 *om.* in. 32 sermo eius. 34 *om.* sine.

ad nullam illarum missus
nisi in saraptha sidoniae ad muli
uiduam . et multi leprosi erant in isra
sub heliseo profeta et nemo eorum mun
datus est nisi neman syrus et repleti
sunt omnes ira in synagoga haec audien
tes et surrexerunt et eiecerunt illum
extra ciuitatem et duxerunt illum us
ad supercilium montis super quam ciu
tas ipsorum erat aedificata ut prae
pitarent eum , ipse autem transiuit
per medium illorum et ibat ,,, viii
vii - - - - - - - - - -
et descendit in cafarnaum ciuitate
galileae et ibi docebat illos sabbatis
et stupebant omnes in doctrina eius
quia in potestate erat sermo ipsius ,
et in synagoga erat homo habens d
monium inmundum et exclamauit
uoce magna dicens quid tibi et nobis
est ihū nazarene uenisti ante tem
rdere nos scio qui sis tu es sc̄s dī

---

[12] (*Hic et in sectt. seqq. duplex invenitur numeratio, deleto numero priore*).

Ommutesce et exi ab illo. Et cum proiecisset
illum daemonium in medium, exiit ab illo nihil-
que illum nocuit. 36 Et factus est pavor in om-
nibus, et conloquebantur ad invicem dicentes
Quod est hoc verbum, quia in potestate et vir-
tute imperat spiritibus inmundis et exeunt. 37 Et
divulgabatur fama de illo in omnem locum re-
gionis.

38 Surgens autem de synagoga introivit in
domum Simonis. Socrus autem Simonis tene-
batur magnis febribus, et rogaverunt illum pro
ea. 39 Et stans super illam imperavit febri, et
dimisit illam: et continuo surgens ministrabat
illis.

40 Cum sol autem occidisset, omnes qui habe-
bant infirmos variis languoribus ducebant illos
ad eum: at ille singulis manus inponens curabat
eos. 41 Exiebant etiam daemonia a multis cla-
mantia et dicentia quia tu es filius dei: et incre-
pans non sinebat ea loqui: quia sciebant ipsum
esse Christum.

35 (*illud*).

Codex D.—35 exivit. 36 quod in potestate . . . inmundis spiritibus. 40 *om.* variis languoribus. 41 et exibant eos autem etiam* *del.* eos**.

ommu
i ab illo et protinus deiecit illum d
onium in medio eorum et exiit ab ill
et nihil nocuit eum et factus est pauor
magnus in omnibus et conloquebant
tur ad inuicem dicentes quis est iste ser
mo quo in potestate et uirtute imperat
immundis spiritibus et exeunt et de
uulgabatur fama de illo in omnem locū
egionis . surgens autem de synagoga
intrauit in domum simonis et andrae ,
socrus autem simonis tenebatur magnis
febris et rogauerunt eum pro ea , et
stans supra illam imperauit febri et sta
tim remisit illam et continuo surgens
ministrabat illis . occidente autem sole
omnes qui habebant infirmos uariis
nguoribus inducebant illos ad eum
ad ille singulis illis manus inponens cura
at eos , exiebant autem etiam daemo
ia a multis clamantia et dicentia tu es
s dī et increpans eis non sinebat

Codex K.—35 exivit. 36 quod *pro* quia . . . . inmundis spiritibus. 38 Symonis et Andrae. 39 imparavit *manu recent.* *pro* imperavit. 41 exibant autem etiam.

42 Facta autem die egressus ibat in desertum
locum, et turbae requirebant eum: et venerunt
usque ad ipsum, et detinebant illum ne disce-
deret ab eis. 43 Quibus ille ait quia et aliis
civitatibus oportet me evangelizare regnum dei,
quia ideo missus sum. 44 Et erat praedicans in
synagogis Galilaeae.

V. **9** 1 Factum est autem cum turbae inrue-
rent in eum ut audirent verbum dei, et ipse
stabat secus stagnum Genesareth: 2 et vidit
duas naves stantes secus stagnum, piscatores
autem descenderant et lavabant retia. 3 Ascen-
dens autem in unam navem quae erat Simonis,
rogavit eum a terra reducere pusillum, et sedens
docebat de navicula turbas. 4 Ut cessavit au-
tem loqui, dixit ad Simonem Duc in altum, et
laxate retia vestra in capturam. 5 Et respondens

2 (*levabant***). 3 (*rogavit autem*). 4 (*laxa**).

Codex K.—42 discenderet. V. 3 reduceret a terra.

oqui quia sciebant χp̄m̄ ipsum
acta autem die proficiscens ibat in de
ertum locum et turbae requirebant
eum et uenerunt usq. ad ipsum et reti
nebant illum ne ab ipsis discederet qui
bus ille ait quia et aliis ciuitatibus opor
tet me euangelizare regnum dī ad hoc
enim missus sum et erat praedicans
in synagogis galileae viiii
viii - - - - - - - - -
factum est autem cum turbae inruere
in eum ut audirent uerbum dī et ipse
stans secus stagnum genessar uidit dua
naues stare secus stagnum piscatores
autem descenderant et lauabant re
tia sua ascendens autem in unam naue
quae erat simonis et rogabat eum ut
a terra promoueret aliquantulum in
altum et sedens docebat de nauicula
turbas ut cessauit autem loqui dixit
ad simonem duc in altum et laxate
estra in capturam piscium

Simon dixit illi Praeceptor, per totam noctem
laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo
laxabo rete. 6 Et cum hoc fecissent, concluse-
runt piscium multitudinem copiosam, rumpeba-
tur autem rete eorum. 7 Et annuerunt sociis
qui erant in alia navi ut venirent et adiuvarent
eos: et venerunt, et impleverunt ambas navi-
culas ita ut mergerentur. 8 Quod cum videret
Simon Petrus, procidit ad genua Iesu dicens
Exi a me, quia homo peccator sum, domine,
9 Stupor enim circumdederat eum et omnes
qui cum illo erant in captura piscium quam
ceperant, 10 similiter autem Iacobum et Iohan-
nem filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et
ait ad Simonem Iesus Noli timere, ex hoc iam
homines eris capiens. 11 Et subductis ad terram
navibus, relictis omnibus secuti sunt illum.

[10] 12 Et factum est cum esset in una civita-
tum, et ecce vir plenus lepra; et videns Iesum et

Codex D.—V. 8 procedit. 12 Iesum, procidens.

Codex K.—6 ita ut rumpebatur hautem. 8 cum vidisset . . . procedit . . . domine *post* me. 12 Iesum, procidens.

on dixit illi prae
totam noctem laborantes nihil
coepimus sed in uerbo tuo laxabo re
et cum hoc fecissent concluserunt pis
cium multitudinem copiosam ita ut ru
perentur retia eorum et innuerunt
sociis suis qui erant in alia naui ut ueni
rent et adiuuarent eos et uenerunt
et repleuerunt ambas nauiculas ita
ut paene mergerentur quod cum ui
disset simon procidit ad genua ihū di
cens rogo te exi a me quoniam homo
peccator sum dn̄e. timor enim inuaserat
illum et omnes qui cum illo erant in cap
turam piscium quam coeperant simili
ter autem et iacobum et iohannem filios
zebedei qui erant socii simonis. et dixit
ihs̄ ad simonem noli timere ex hoc iam
eris homines uiuificans. et subductis
nauiculis in terram relictis omnibus
cuti sunt eum. et factum est cum esset
na ciuitatium et ecce uir plen

procidens in faciem rogavit eum dicens Domine,
si vis, potes me mundare. 13 Et extendens ma-
num tetigit illum dicens Volo, mundare. Et
confestim lepra discessit ab illo. 14 Et ipse
praecepit illi ut nemini diceret, sed vade ostende
te sacerdoti, et offer pro emundatione tua sicut
praecepit Moyses, in testimonium illis. 15 Per-
ambulabat autem magis sermo de illo, et conve-
niebant turbae multae ut audirent et curarentur
ab infirmitatibus suis: 16 ipse autem secedebat
in desertum et orabat.

11 17 Et factum est in una dierum et ipse sede-
bat docens, et erant Pharisaei sedentes et legis
doctores, qui venerant ex omni castello Galilaeae
et Iudaeae et Hierusalem, et virtus erat domini
ad sanandum eos. 18 Et ecce viri portantes in
lecto hominem qui erat paralyticus, et quaere-
bant eum inferre et ponere ante eum: 19 et non

12 (*et rogavit*). 16 (*sedebat in deserto**).

Codex D.—13 tetigit eum illum (*i. e. correxit m. pr.*). 14 praecipit (*bis*) . . . offers. 16 deserto.

Codex K.—14 praecipit *bis* mundatione. 16 deserto.

ra et uidens ihm̄ procidit in fa
dicens . dn̄e si uis potes me mundare
et extendens manum tetigit illum dicen
uolo mundare et confestim lepra eiu
discessit ab illo et praecipit illi ihs̄ nemi
ni dicere sed uade ostende te in
quid sacerdoti et offers pro mundatio
ne tua sicut praecepit moyses ut sit in tes
timonium hoc uobis . perambulabat
autem magis sermo de illo et conuenie
bant turbae multae audire eum et cu
rari ab infirmitatibus suis ipse autem se
cessit in deserto et orabat - - - - xi
iiii - - - - - - - - - - -
et factum est in una dierum et ihs̄ sede
bat docens et erant farisaei sedentes
et legis doctores qui uenerant ex omni
castello galileae et iudeae et hierusalem .
et uirtus erat dn̄i ad sanandum eos . et
ecce uiri portantes in lecto hominem
qui erat paralyticus et quaereba
ferre eum et ponere ante ihm̄

invenientes qua parte illum inferrent prae turba,
ascenderunt supra tectum per tegulas et summi-
serunt illum cum lecto in medium ante Iesum.
20 Quorum fidem ut vidit, dixit Homo, remittun-
tur tibi peccata tua. 21 Et coeperunt cogitare
scribae et Pharisaei dicentes Quis est hic qui
loquitur blasphemias? quis potest dimittere pec-
cata nisi solus deus? 22 Ut cognovit autem
Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad
illos Quid cogitatis in cordibus vestris? 23 Quid
est facilius dicere Dimittuntur tibi peccata, an
dicere Surge et ambula? 24 Ut autem sciatis
quia filius hominis potestatem habet in terra
dimittere peccata, ait paralytico Tibi dico,
surge, tolle lectum tuum et vade in domum
tuam. 25 Et confestim surgens coram illis tulit
in quo iacebat, et abiit in domum suam magni-
ficans deum. 26 Et stupor apprehendit omnes,
et magnificabant deum: et repleti sunt timore,
dicentes quia vidimus mirabilia hodie.

Codex D.—19 super . . . et per tegulas submisserunt . . . in medio.

Codex K.—19 et per tegulas. 25 sustulit *pro* tulit.

fe
rent illum prae turba ascenderunt
super tectum et per tegulas summiserunt
llum in medio ante ihm̄ , uidens autem
ihs̄ fidem illorum dixit homini remissa
sunt tibi peccata tua , et coeperunt cogi
tare scribae et farisaei dicentes quis est
hic qui loquitur blasfemias quis potest
dimittere peccata nisi unus ds̄ . sciens
autem ihs̄ cogitationes eorum dixit ad eos
quid cogitatis mala in cordibus uestris
quid est facilius dicere remissa sunt tibi
peccata tua aut dicere surge et ambula ,
sed ut sciatis quia filius hominis habet
potestatem super terram dimittere pec
cata dixit autem paralytico tibi dico
surge et tolle grabattum tuum et uade
in domum tuam , et confestim surgens corā
illis sustulit lectum in quo iacebat et abiit
in domum suam magnificans dm̄ . et stu
r adpraehendit omnes et magnifica
timore
t dm̄ et repleti sunt dicentes

12 27 Et post haec exit et vidit publicanum
nomine Levi sedentem ad teloneum, et ait illi
Sequere me. 28 Et relictis omnibus surgens
secutus est eum. 29 Et fecit ei convivium mag-
num Levi in domo sua, et erat turba multa
publicanorum et aliorum qui cum illis erant
discumbentes. 30 Et murmurabant Pharisaei et
scribae eorum dicentes ad discipulos eius Quare
cum publicanis et peccatoribus manducatis et
bibitis? 31 Et respondens Iesus dixit ad illos
Non egent qui sani sunt medico, sed qui male
habent: 32 non veni vocare iustos sed pecca-
tores in paenitentiam.

33 At illi dixerunt ad eum Quare discipuli
Iohannis ieiunant frequenter et obsecrationes
faciunt, similiter et Pharisaeorum, tui autem
edunt et bibunt? 34 Quibus ipse ait Numquid
potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus,
facere ieiunare? 35 Venient autem dies cum

Codex D.—27 exivit. 31 *om.* et. 32 vocare ius.

Codex K.—27 exivit. 29 domu . . . cum illo erant. 34 ipse autem*. 34 filii sponsi.

a uidimus . . . e mira . . lia
, , , , , , , , , , , , , ,
et post haec exiit ihs̄ et uidit public
leuui nomine sedentem ad te
et ait illi sequere me - et relictis omnib
surrexit et secutus est eum et fecit illi ce
nam magnam leuui in domo sua. et erat
turba multa publicanorum et aliorum
qui cum illis erant discumbentes et mur
murabant scribae et farisaei eorum di
centes ad discipulos illius. quare cum
publicanis et peccatoribus manducat et
bibit. et respondens ihs̄ dixit ad illos
non egent qui sanis sunt medico sed qui
male habent non ueni uocare iustos s
s in paenitentiam. ad illi dixerunt ad eū
quare discipuli iohannis ieiunant fre
quenter et orationes faciunt similiter
et farisaeorum. tui autem discipuli edun
et bibunt. quibus ipse ait numquid pote
is filios sponsi quamdiu cum illis est s
s facere ieiunare , uenient au

ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in
illis diebus. 36 Dicebat autem et similitudinem
ad illos quia nemo commissuram a vestimento
novo inmittit in vestimentum vetus: alioquin et
novum rumpit, et veteri non convenit commis-
sura a novo. 37 Et nemo mittit vinum novum
in utres veteres: alioquin rumpit vinum novum
utres, et ipsum effunditur et utres peribunt:
38 sed vinum novum in utres novos mittendum
est, et utraque conservantur. 39 Et nemo bibens
vetus statim vult novum: dicit enim Vetus me-
lius est.

VI. **13** 1 Factum est autem in sabbato secundo
primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli
eius spicas et manducabant confricantes mani-
bus. 2 Quidam autem Pharisaeorum dicebant
illis Quid facitis quod non licet in sabbatis?
3 Et respondens Iesus ad eos dixit Nec hoc
legistis quod fecit David cum esurisset ipse et
qui cum eo erant? 4 quomodo intravit in do-

Codex D.—35 ieiunabant*. 36 autem ad similitudinem . . . rumpet. 37 effundetur. VI. 1 pērtransiret* Iesus. 2 *om.* in. 3 quid.

Codex K.—VI. 1 pertransiret Iesus. 3 quid fecerit . . . . essuriret.

a . feretur ab illis sponsus
c ieiunabunt in illis diebus . dix
m et parabolam ad illos qui ne
missuram de uestimento nouo
immittit in uestimentum uetus alio
quin et nouum scindetur et ueteri non
conueniet commissura noua , et nemo
mittit uinum nouum in utres ueteres ,
alioquin rumpet uinum nouum utres ,
et ipsum effundetur et utres peribunt ,
sed uinum nouum in utres nouos mit
tunt et utraque seruantur . . XIII

,,, ,,, ,,,

factum est autem in sabbato cum tran
siret ihs̄ per segetem uellebant dis
cipuli eius spicas et manducabant te
rentes eas manibus suis quidam ante
ex farisaeis dicebant quid facitis sab
batis quod non licet . et respondens
hs̄ dixit ad illos nec hoc legistis quid fe
t dauid cum esuriret et ipse et qui cum
rant quomodo intrauit in do

mum dei et panes propositionis sumpsit et man-
ducavit et dedit his qui cum ipso erant, quos non
licet manducare nisi tantum sacerdotibus? 5 Et
dicebat illis quia dominus est filius hominis etiam
sabbati.

6 Factum est autem et in alio sabbato ut intra-
ret in synagogam et doceret: et erat ibi homo, et
manus eius dextra arida. 7 Observabant autem
scribae et Pharisaei si sabbato curaret, ut inveni-
rent accusare illum. 8 Ipse vero sciebat cogita-
tiones eorum, et ait homini qui habebat manum
aridam Surge et sta in medium. Et surgens
stetit. 9 Ait autem ad illos Iesus Interrogo vos
si licet sabbato bene facere an male, animam
salvam facere an perdere? 10 Et circumspectis
omnibus dixit homini Extende manum tuam. Et
extendit, et restituta est manus eius. 11 Ipsi
autem repleti sunt insipientia, et conloquebantur
ad invicem quidnam facerent Iesu.

Codex D.—4 licebat . . . nisi solis sacerdotibus* (*marg.* = *Am.*) 6 sinagoga . . . erat arida. 7 in sabbato. 9 et ait ad . . . *om.* an male. 11 de Iesu.

Codex K.—4 licebat . . . nisi solis sacerdotibus. 6 *om.* et *prim* . . . erat autem ibi . . . . erat arida. 7 et observa-

anes propossitiones
ucauit et dedit illis qui c
quos non licebat manduc
solis sacerdotibus , et dixit illis q
est filius hominis etiam sabbati . fac
est autem in alio sabbato ut intraret in sy
nagoga et doceret et erat ibi homo ha
bens manum aridam dexteram . ob
seruabant autem scribae et farisaei , si
sabbato curaret ut inuenirent accus
sationem eius . ipse autem sciebat cogita
tiones eorum et a^{i}t homini qui habebat
manum aridam surge et sta in medio et sur
rexit et stetit ait autem ad illos ihs̄ in
terrogabo uos aliquid licet sabbatis
benefacere an male animam saluam
facere an perdere et circumspectis illis
omnibus in ira dixit homini extende ma
num tuam et extendit et restituta est ma
nus eius sicut et altera , ipsi autem repleti
sunt iniquitate et conloquebantur a
uicem quidnam facerent de ihū

---

bant autem . . . . *rasura ante* si . . . . *om.* in. 9 et ait ad.
10 *post* eius *add.* sicut et altera. 11 de Iesu.

12 Factum est autem in illis diebus exiit in
montem orare, et erat pernoctans in oratione
dei. **14** 13 Et cum dies factus esset, vocavit
discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis, quos
et apostolos nominavit, 14 Simonem quem cog-
nominavit Petrum et Andrean fratrem eius, Iaco-
bum et Iohannem, Philippum et Bartholomaeum,
15 Matthaeum et Thoman, Iacobum Alphaei et
Simonem qui vocatur Zelotes. 16 Iudam Iacobi
et Iudam Scariot qui fuit proditor: 17 et de-
scendens cum illis stetit in loco campestri, et
turba discipulorum eius et multitudo copiosa
plebis ab omni Iudaea et Hierusalem et mari-
tima et Tyri et Sidonis, qui venerunt ut audirent
eum et sanarentur a languoribus suis: 18 et
qui vexabantur a spiritibus inmundis curabantur:
19 et omnis turba quaerebant eum tangere, quia
virtus de illo exiebat et sanabat omnes.

Codex D.—19 quaerebat . . . exibat.

Codex K.—13 vocavit ad se . . . *om.* et *posterius.* 17 discendit cum eis et stetit . . . *post* Hierusalem *add.* et trans fretrum . . . venerant. 19 querebat . . . exibat.

, , , , , , ,

autem in illis diebus cum ex ut oraret et erat pernoctans tione dī . et cum dies factus esset cauit ad se discipulos suos et elegit du decim ex ipsis quos et apostolos cognomi nauit primum simonem quem cognomi nauit petrum et andream fratrem eius et iohannem et iacobum filippum et bar tholomeum mattheum et thoman ia cobum alfei et simonem qui uocatur zelotes et iudam iacobi et iudam qui fuit traditor et descendit cum illis et stetit in loco campestri et turba dis cipulorum eius et multitudo copiosa ple bis ab omni iudea et hierusalem et trans fretum et maritima tyri et sidonis qui uenerunt ut audirent eum et sanaren tur a spiritibus inmundis et curaban tur et omnis turba quaerebant eum ngere quia uirtus de illo exiebat

20 Et ipse elevatis oculis in discipulos suos
dicebat Beati pauperes, quia vestrum est reg-
num dei. 21 Beati qui nunc esuritis, quia satu-
rabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.
22 Beati eritis cum vos oderint homines, et cum
separaverint vos et exprobraverint et eiecerint
nomen vestrum tamquam malum propter filium
hominis. 23 Gaudete in illa die et exultate:
ecce enim merces vestra multa in caelo: se-
cundum haec enim faciebant prophetis patres
eorum. 24 Verum tamen vae vobis divitibus,
quia habetis consolationem vestram. 25 Vae vo-
bis qui saturati estis, quia esurietis. Vae vobis
qui ridetis nunc, quia lugebitis et flebitis. 26 Vae
cum bene vobis dixerint omnes homines: secun-
dum haec faciebant [pseudo] prophetis patres
eorum. 27 Sed vobis dico qui auditis Diligite
inimicos vestros, bene facite his qui vos oderunt.

26 (*prophetis*).

Codex D.—22 *om.* et *sec**. 26 spūdoprofetis (*sic*). 27 audistis.

Codex K.—20 pauperes spiritu. 23 multa est. 24 qui habetis. 26 seodoprofetis.

anabat omnes et
aus oculos ad discipulos suos
beati pauperes spū quoniam uestru
est regnum dī, beati qui nunc esu
riunt et sitiunt justitiam quia satura
buntur, beati qui nunc fletis qui
ridebitis, beati eritis cum uos ode
rint homines et cum uos separabunt
et eicient et exprobrabunt nomen
uestrum tamquam malum propter fi
lium hominis, gaudete et exultate
ecce enim merces uestra multa est in
caelo secundum haec enim facieban
profetis patres eorum, uerumtamen
uae uobis diuitibus qui habetis con
sulationem uestram, uae uobis
qui saturati estis quia esurietis, uae
uobis cum benedixerint uos omnes
homines secundum haec enim facieban
pseudoprofetis patres eorum sed
uobis dico qui auditis diligete inim
os uestros benefacite his qui u

28 benedicite maledicentibus vobis, orate pro
calumniantibus vos. 29 Et qui te percutit in
maxillam praebe et alteram, et ab eo qui auferet
tibi vestimentum etiam tunicam noli prohibere:
30 omni autem petenti te tribue, et qui auferet,
quae tua sunt ne repetas. 31 Et prout vultis ut
faciant vobis homines, et vos facite illis simi-
liter. 32 Et si diligitis eos qui vos diligunt,
quae vobis est gratia? nam et peccatores dili-
gentes se diligunt. 33 Et si bene feceritis his
qui vobis bene faciunt, quae vobis est gratia?
siquidem et peccatores hoc faciunt. 34 Et si
mutuum dederitis his a quibus speratis reci-
pere, quae gratia est vobis? nam et peccatores
peccatoribus faenerantur ut recipiant aequalia.
35 Verum tamen diligite inimicos vestros et bene
facite et mutuum date nihil inde sperantes: et
erit merces vestra multa, et eritis filii altissimi,

Codex D.—29 aufert*. 30 aufert. 34 fenerant. 35 *om.* et *prim.* . . . nihil desperantes.

Codex K.—29 aufert. 30 aufert. 34 fenerant. 35 nihil desperantes . . . multa in caelis.

benedicite maledice

orate pro calumniantibus uos

et qui [te] percutit in maxillam tuam , prae be illi et alteram , et ei qui auferet tibi tunicam etiam palleum noli prohibere omni poscenti te tribue et qui aufe ret quae tua sunt noli prohibere , et prout uultis ut faciant uobis homi nes bona similiter facite illis , et si di ligitis eos qui uos diligunt quae uobis mercis est nam et peccatores diligen tes se diligunt , et si bene feceritis his qui uobis benefaciunt , quae uobis est gratia et peccatores hoc ipsud faci unt et si mutuum detis eis a quibus spe ratis uos recipere quae gratia est uobis nam et peccatores peccatoribus faene rant ut recipiant , uerum tamen diligite inimicos uestros et benefaci te illis et mutuum date his qui non ha ent nihil desperantes et erit merces tra multa in caelis et eritis fili alt·

quia ipse benignus est super ingratos et malos.
36 Estote ergo misericordes, sicut et pater vester
misericors est. 37 Nolite iudicare, et non iudi-
cabimini: nolite condemnare, et non condemna-
bimini: dimittite, et dimittemini: 38 date, et
dabitur vobis, mensuram bonam confertam et
coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum
vestrum: eadem quippe mensura qua mensi fue-
ritis remetietur vobis. 39 Dicebat autem illis
et similitudinem. Numquid potest caecus cae-
cum ducere? nonne ambo in foveam cadent?
40 Non est discipulus super magistrum: per-
fectus autem omnis erit sicut magister eius.
15 41 Quid autem vides festucam in oculo fratris
tui, trabem autem quae in oculo tuo est non con-
sideras? 42 Et quomodo potes dicere fratri tuo
Frater, sine eiciam festucam de oculo tuo, ipse in
oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eice
primum trabem de oculo tuo, et tunc respicies

37 (*dimittimini*).

Codex D.—38 confersam. 39 caecum caecus*. 42 aut quomodo . . . 42 perspicies.

Codex K.—37 ut non iudicaberis. 38 conversam *pro* confertam (cf. *Cod. Durm.*). 41 qui* *pro* quid. 42 perspicies.

quo . . . .

gratos et . . uos . estote ergo mis . . cordes sicut et pater uester missericors est nolite iudicare et de uobis non iudicabitur nolite condemnare et non condemnamini dimittite et dimi tetur uobis date et dabitur uobis men suram bonam cumulatam super effluen tem dabitis in sinum uestrum , eadē men sura qua mensi fueritis remitietur uo bis dixit autem illis et similitudinem , numquid potest caecus caecum ducare in uiam nonne utriq . in foueam cadent non est discipulus super magistrum per fectus autem omnis erit si sit sicut magis ter eius . . . . . . xv . .

quid autem uides festucam in oculo fra tris tui trabem autem quae in oculo tuo est non consideras aut quomodo po teris dicere fratri tuo sine eiciam fes tucam de oculo tuo ipse trabem in oc tuo non uides hypocrita eiece

---

[9] (*lineola e corr.*)

ut educas festucam de oculo fratris tui. 43 Non
est enim arbor bona quae facit fructus malos,
neque arbor mala faciens fructum bonum.
44 Unaquaeque enim arbor de fructu suo cog-
noscitur: neque enim de spinis colligunt ficus,
neque de rubo vindemiant uvam. 45 Bonus
homo de bono thesauro cordis sui profert bo-
num, et malus homo de malo profert malum: ex
abundantia enim cordis os loquitur. 46 Quid
autem vocatis me Domine domine, et non facitis
quae dico? 47 Omnis qui venit ad me et audit
sermones meos et facit eos, ostendam vobis cui
similis sit. 48 Similis est homini aedificanti do-
mum, qui fodit in altum et posuit fundamenta
supra petram; inundatione autem facta inlisum
est flumen domui illi, et non potuit eam movere:
fundata enim erat supra petram. 49 Qui autem

CODEX D.—44 *om.* enim. 45 profert bona . . . *om.* enim*. 47 venit** (vidit* *ut vid.*)

CODEX K.—42 perspicies. 44 *om.* enim. 45 *om.* et . . . malo thesauro. 46 dico vobis.

tra . . . . . tunc
picies ut educas fistuc . . e oculo
fratris tui , non est enim arbor bo
na quae facit fructus . malos . nequ
arbor mala faciens fructum bonū
unaquaeque arbor de fructu suo
cognoscitur . neque legunt de spi
nis ficus neq . de rubo uindemiant
uuam , bonus enim homo de bono thes
auro cordis sui profert bonum , et ma
lus homo de mala thensauro cordis
sui profert malum , ex abundantia
enim cordis ós loquitur quid au
tem me uocatis dn̄e dn̄e et non fa
citis quae dico , omnis qui uenit ad
me et audit uerba mea et facit ea os
tendo uobis cui similis sit , similis est
uiro prudenti aedificanti domum
qui fodit in altum et possuit funda
menta supra petram inundantia au
em facta inlisit flumen domui illi et
n potuit eam mouere . fundata

audivit et non fecit, similis est homini aedificanti domum suam supra terram sine fundamento, in qua inlisus est fluvius, et continuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna.

VII. [16] 1 Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaum.

2 Centurionis autem cuiusdam servus male ha-
bens erat moriturus, qui illi erat pretiosus. 3 Et
cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores
Iudaeorum, rogans eum ut veniret et salvaret
servum eius. 4 At illi cum venissent ad Iesum,
rogabant eum sollicite dicentes ei quia dignus
est ut hoc illi praestes: 5 diligit enim gentem
nostram, et synagogam ipse aedificavit nobis.
6 Iesus autem ibat cum illis: et cum iam non
longe esset a domo, misit ad eum centurio ami-
cos dicens Domine, noli vexari: non enim dignus
sum ut sub tectum meum intres; 7 propter quod
et me ipsum non sum dignum arbitratus ut veni-
rem ad te: sed dic verbo, et sanabitur puer

Codex D.—49 in quam.
Codex K.—49 in quam . . . continuo concidit.

enim super petra
it et non facit similis est homini
ficanti domum supra petram sine fun
damento inlisit flumen domui et con
tinuo cecidit et facta est ruina domus
illius magna XVI
XUI . . cum autem implesset omnia
uerba in aures plebis intrauit cafarna
um . centurionis autem cuiusdam ser
uus male habens erat moriturus qui
illi erat praetiosus , qui cum audisset
de ihū misit seniores iudaeorum rogans
eum ut ueniret et sanaret seruum suum
ad illi uenerunt et rogabant eum sollici
te dicentes quia dignus est [ut] hoc illi praes
tes diligit enim gentem nostram et syna
gogam ipse aedificauit nobis ibat autem
cum illis ihs̄ et cum iam non longe esset
a domo misit ad illum centurio amicos di
cens illi dn̄e noli te uexare non enim
dignus sum ut intres sub tectum meum
d tantum dic uerbo tuo et sanabi

---

7 (xvi *mutat. in* xiiii.).

meus. 8 Nam et ego homo sum sub potestate
constitutus, habens sub me milites, et dico huic
Vade, et vadit, et alio Veni, et venit, et servo
meo Fac hoc, et facit. 9 Quo audito Iesus mira-
tus est, et conversus sequentibus se turbis dixit
Amen dico vobis, nec in Israhel tantam fidem
inveni. 10 Et reversi qui missi fuerant domum
invenerunt servum qui languerat sanum.

17 11 Et factum est deinceps ibat in civitatem
quae vocatur Naim, et ibant cum illo discipuli
eius et turba copiosa. 12 Cum autem appropin-
quaret portae civitatis, et ecce defunctus effere-
batur filius unicus matris suae, et haec vidua
erat, et turba civitatis multa cum illa. 13 Quam
cum vidisset dominus, misericordia motus super
ea dixit illi Noli flere. 14 Et accessit et tetigit
loculum, hi autem qui portabant steterunt, et ait

12 (*om.* et *primum*).**

Codex D.—VII. 10 languebant* languebat**. 12 erat vidua.* 13 super eam. 14 locum.*

Codex K.—VII. 10 languebat. 11 Navim. 12 erat vidua. 13 vidisset Iesus . . . misericordiam . . . super eam.

meus nam et ego sum homo s potestate constitutus habens sub m milites et dico uni uade et uadit et alio ueni et uenit et seruo meo dico fac hoc et facit , quo audito ihs̄ miratus est et conuersus sequentibus se turbis dixit amen amen dico uobis in nul lo talem fidem inueni in israhel et re uersi domum qui misi erant inuerunt seruum sanum XVII

xuii . . et factum est deinceps ibat ihs̄ in ciuitatem quae uocatur nain et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa cum autem adpropiasset ad portam ciuitatis et ecce effereba tur mortuus filius unicus matris suae et haec erat uidua et turba multa ciui tatis cum illa . quam cum uidisset dn̄s missericordia motus est super eam et dixit ad eam noli flere et accessit et tetigit loculum eius hii autem qui po bant eum steterunt . et ait ihs̄

[11] (xvii *mutat in* xv).

Adolescens, tibi dico, surge. 15 Et resedit qui
fuerat mortuus et coepit loqui, et dedit illum
matri suae. 16 Accepit autem omnes timor, et
magnificabant deum dicentes quia propheta mag-
nus surrexit in nobis, et quia deus visitavit ple-
bem suam. 17 Et exiit hic sermo in universam
Iudaeam de eo et omnem circa regionem.

18 18 Et nuntiaverunt Iohanni discipuli eius de
omnibus his. 19 Et convocavit duos de disci-
pulis suis Iohannes et misit ad dominum dicens
Tu es qui venturus es, an alium expectamus?
20 Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt
Iohannes baptista misit nos ad te dicens Tu es
qui venturus es, an alium expectamus? 21 In
ipsa autem hora curavit multos a languoribus et
plagis et spiritibus malis, et caecis multis dona-
vit visum. 22 Et respondens dixit illis Euntes
nuntiate Iohanni quae vidistis et audistis, quia
caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur,

Codex D.—15 erat mortuus. 16 tuam*. 19 *om.* de . . . *om.* dicens.

Codex K.—15 erat mortuus. 16 accipit. 22 et claudi.

adulescens
qui mortuus erat et coepit loqui
dit eum matri suae , accepit autem om
nes timor et magnificabant dm̄ dicen
tes quia profeta magnus surrexit in
nobis et qui uisitauit ds plebem suam in
bono et exiit hic sermo in uniuersam
iudeam de eo et in omnem regionem .
et nuntiauerunt iohanni discipuli eius
de omnibus his . . . . XVIII . .
xuiii . . . et conuocauit iohannes
duos . de discipulis suis et misit ad ihm̄ di
cens . tu es qui uenturus es an alium ex
pectamus et uenerunt uiri ad eum et
dixerunt iohannes baptista misit nos
ad te dicens tu es qui uenturus es an
alium expectamus . in ipsa hora cura
bat multos a lang^{u}oribus et plagis et
spiritibus malis et caecis multis dona
uit uisum et respondens ihs̄ dixit illis
ite renuntiate iohanni quae uidist
audistis quia caeci uident clau

---

[11] (*mutat in* xvi.).

surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evan-
gelizantur: 23 et beatus est quicumque non
fuerit scandalizatus in me.

24 Et cum discessissent nuntii Iohannis, coepit
dicere de Iohanne ad turbas Quid existis in deser-
tum videre? harundinem vento moveri? 25 Sed
quid existis videre? hominem mollibus vestimen-
tis indutum? ecce qui in veste pretiosa sunt et
deliciis, in domibus regum sunt. 26 Sed quid
existis videre? prophetam? utique dico vobis,
et plus quam prophetam. 27 Hic est de quo
scriptum est Ecce mitto angelum meum ante
faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te.
28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierum
propheta Iohanne baptista nemo est; qui autem
minor est in regno dei, maior est illo. 29 Et om-
nis populus audiens et publicani iustificaverunt

Codex D.—25 in desertum videre*.
Codex K.—24 a vento. 25 et in dilicis.

ulant leprosi mundantur sur di audiunt mortui resuscitantur pa peres euangelizantur et beatus est quicumque in me non fuerit scanda lizatus . et cum discessissent nuntii iohannis coepit ihs̄ dicere de iohan ne ad turbas , quid existis in deser tum uidere harundinem a uento mo ueri sed quid existis uidere homi nem mollibus uestimentis indutum , ecce qui in ueste praetiosa sunt et in diliciis in domibus regum sunt . sed quid existis uidere profetam etiam dico uobis amplius quam prophetam hic est de quo scribtum est . ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparabit uiam tuam . dico au tem uobis maior inter natos mulie rum profetes iohanne baptista ne mo est qui autem minor est in regno dī maior est in̈ illo . et omnis popu s audiens et publicani iustifica

---

14 (‘prophetam’ *sic*).

deum, baptizati baptismo Iohannis: 30 Pharisaei
autem et legis periti consilium dei spreverunt in
semet ipsos, non baptizati ab eo. 31 Cui ergo
similes dicam homines generationis huius, et cui
similes sunt? 32 Similes sunt pueris sedentibus
in foro et loquentibus ad invicem et dicentibus
Cantavimus vobis tibiis et non saltastis, lamenta-
vimus et non plorastis. 33 Venit enim Iohannes
baptista neque manducans panem neque bibens
vinum, et dicitis Daemonium habet: 34 venit
filius hominis manducans et bibens, et dicitis
Ecce homo devorator et bibens vinum, amicus
publicanorum et peccatorum. 35 Et iustificata
est sapientia ab omnibus filiis suis.

19 36 Rogabat autem illum quidam de Pha-
risaeis ut manducaret cum illo: et ingressus
domum Pharisaei discubuit. 37 Et ecce mulier
quae erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod
accubuit in domo Pharisaei, attulit alabastrum

Codex D.—32 *om.* et *sec.** 36 eum . . . ex *pro* de. 37 in domum.

Codex K.—32 tibiis vobis . . . . . lamentavimus vobis. 36 eum . . . ex *pro* de. 37 in domum.

runt dm̄ . baptizati baptismo io nis . farisaei autem et legis doctore . consilium dī contempserunt in semet ipsos non baptizati ab eo cui ergo si milem dicam generationem hanc . simi les sunt pueris sedentibus in foro et loquentibus ad inuicem dicentes . can tauimus uobis et non saltastis lamen tauimus et non plorastis . uenit enim iohannes baptista neque panem man ducans neque uinum bibens et di citis daemonium habet , uenit filius hominis manducans et bibens et dici tis ecce homo potator et uinarius . amicus publicanorum et peccatorum et iustificata sapientia est in semet ipsa . . XVIIII

uiiii . . . .

rogauit autem illum quidam farisaeus ut manducaret cum illo , et ingressus domum farisaei discubuit , et ecce mu er in ciuitate quae erat peccatrix u nouit quod recubuit ihs̄ in d

unguenti, 38 et stans retro secus pedes eius la-
crimis coepit rigare pedes eius et capillis capitis
sui tergebat, et osculabatur pedes eius et un-
guento ungebat. 39 Videns autem Pharisaeus
qui vocaverat eum ait intra se dicens Hic si esset
propheta, sciret utique quae et qualis mulier
esset quae tangit eum, quia peccatrix est. 40 Et
respondens Iesus dixit ad illum Simon, habeo
tibi aliquid dicere. At ille ait Magister, dic.
41 Duo debitores erant cuidam faeneratori, unus
debebat denarios quingentos, alius quinquaginta:
42 non habentibus illis unde redderent, donavit
utrisque. Quis ergo eum plus diliget? 43 Re-
spondens Simon dixit Aestimo quia is cui plus
donavit. At ille dixit ei Recte iudicasti. 44 Et
conversus ad mulierem dixit Simoni Vides hanc
mulierem? intravi in domum tuam, aquam pedi-

CODEX D.—41 et alius. 42 diligit. 44 intravit.

CODEX K.—41 et alius. 42 redderunt . . . . dilegit (*tota pagina* vv. 38–44 *bis scr. secunda vice* redderent).

risaei . attulit uas unguenti et sta retro secus pedes eius coepit plorar et lacrimis rigabat pedes eius et capil lis capitis sui tersit et osculabatur pe des eius et unguebat unguento . quod cum uidisset farisaeus qui illū uocauerat ait intra se . hic si profe ta esset sciret utique quae et qualis est mulier quae illum tangit quia pec catrix est . et respondens ihs̄ dixit ad eum . simon habeo tibi aliquid dicere et ille ait magister dic . cui ihs̄ dixit duo debitores erant cuidam faene ratori unus debebat denarios quin gentos et alius denarios quinquagin ta . non habentibus autem illis unde redderent donauit ambobus quis ergo illum plus amabit respondit autem simon et dixit aestimo quod is cui plus dona uit ad ille dixit recte iudicasti . et co ersus ad mulierem dixit simoni uid nc mulierem intraui in domum tu

---

15 ('denarios' *corr. pro* '. . . us'). 19 (*rasura ante* 'is').

bus meis non dedisti: haec autem lacrimis riga-
vit pedes meos et capillis suis tersit. 45 Oscu-
lum mihi non dedisti: haec autem ex quo intravit
non cessavit osculari pedes meos. 46 Oleo caput
meum non unxisti: haec autem unguento unxit
pedes meos. 47 Propter quod, dico tibi, remit-
tentur ei peccata multa, quoniam dilexit mul-
tum: cui autem minus dimittitur, minus diligit.
48 Dixit autem ad illam Remittuntur tibi pec-
cata. 49 Et coeperunt qui simul discumbebant
dicere intra se Quis est hic qui etiam peccata
dimittit? 50 Dixit autem ad mulierem Fides
tua te salvam fecit: vade in pace.

VIII. **20** 1 Et factum est deinceps et ipse iter
faciebat per civitatem et castellum praedicans et
evangelizans regnum dei, et duodecim cum illo,
2 et mulieres aliquae quae erant curatae ab spiri-

Codex D.—47 illi *pro* ei. 49 accumbebant. VIII. 1 et exierunt cum illo (*om.* duodecim).

Codex K.—47 illi *pro* ei . . . minus dimittuntur. 49 accumbebant. VIII. 1 civitates et castella . . . et exierunt et duodecim discipuli. 2 a spiritibus.

c autem lacrimis rigauit pedes eos et capillis suis tersit osculu ihi non dedisti , haec autem ex quo ntraui non cessauit osculando edes meos , oleo capud meum non unxisti , haec autem unguento unxit pedes meos propter quod dico tibi re mittuntur illi peccata multa quia dile xit multum cui autem parum dimittitur parum diligit , et ait mulieri remissa sunt tibi peccata , et coeperunt qui si mul recumbebant dicere intra se quis est hic qui etiam peccata dimit tit et ait ad mulierem , fides tua te sal uam fecit uade in pacem . . . xx . .

, , , , , , , , , , ,

et factum est deinceps et ipse iter faciebat per ciuitates et uicos prae dicans euangelizans regnum dī et duodecim discipuli cum eo et mulie quaedam quae erant curatae

---

[17] (*litterae* ‘in’ *in* ‘deinceps’ *sup. rasur.*)

tibus malignis et infirmitatibus, Maria quae
vocatur Magdalene, de qua daemonia septem
exierant, 3 et Iohanna uxor Chuza procuratoris
Herodis, et Susanna, et aliae multae quae minis-
trabant eis de facultatibus suis.

4 Cum autem turba plurima conveniret et de
civitatibus properarent ad eum, dixit per simili-
tudinem 5 Exiit qui seminat seminare semen
suum: et dum seminat, aliud cecidit secus viam,
conculcatum est, et volucres caeli comederunt
illud. 6 Et aliud cecidit super petram, et natum
aruit, quia non habebat humorem. 7 Et aliud
cecidit secus spinas, et simul exortae spinae suf-
focaverunt illud. 8 Et aliud cecidit in terram
bonam, et ortum fecit fructum centuplum. Haec
dicens clamabat Qui habet aures audiendi audiat.

9 Interrogabant autem eum discipuli eius quae

Codex D.—4 *om.* autem*. . . turba m̄ūltā plurima*. 5 *om.* et *sec.** 6 supra. 7 inter spinas.

Codex K.—7 inter spinas.

us . maria quae uocatur magda ne a qua daemonia septem exiera et iohanna uxor chuzei procurator herodis et susanna et aliae multae quae ministrabant illis de facultati bus suis cum ergo turbae conuenis sent et qui de ciuitatibus aduenie bant ad eum , dixit autem ihs̄ similitu dinem talem ad illos . ecce exiit qui se minat seminare semen suum et dum se minat aliud cecidit secus uiam et con culcatum est et uolucres caeli comede runt illud et aliud cecidit super petrā et cum natum esset exaruit quia non habebat humorem et aliud cecidit in spinas et simul exortae spinae suffo cauerunt illud et aliud cecidit in ter ram bonam et optimam et exortum fecit fructū centuplum , haec autem dicens clamabat qui habet aures audiendi audiat , interrogauer

---

19 (*litterae* ‘ ū ce’ *sup. rasur.*)

esset haec parabola. 10 Quibus ipse dixit Vobis
datum est nosse mysterium regni dei, ceteris
autem in parabolis, ut videntes non videant et
audientes non intellegant. 11 Est autem haec
parabola. Semen est verbum dei. 12 Qui autem
secus viam, sunt qui audiunt, deinde venit diabo-
lus et tollit verbum de corde eorum, ne credentes
salvi fiant. 13 Nam qui supra petram, qui cum
audierint cum gaudio suscipiunt verbum, et hi
radicem non habent, qui ad tempus credunt et in
tempore temptationis recedunt. 14 Quod autem
in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt et sollici-
tudinibus et divitiis et voluptatibus vitae euntes
suffocantur et non referunt fructum. 15 Quod
autem in bonam terram, hi sunt qui in corde

CODEX D.—11 est autem verbum*. 12 zabulus. 13 tempore tribulationis. 14 a sollicitudinibus*. 15 qui autem.

CODEX K.—12 zabulus . . . tulit. 13 accipiunt verbum . . . radices . . . quia *pro* qui. 13 tempore tribulationis. 14 a sollicitudinibus. 15 qui autem . . . in patientiam.

eu . . . . pu
ilitudo quibus ipse dixit uobis
st nosse misterium regni dī ceteris
autem in parabolis ut uidentes non
uideant et audientes non intellegan
aec autem similitudo . qui seminat
est filius hominis semen autem est uer
bum dī . qui autem secus uiam semina
ti sunt hí sunt qui audiunt uerbum in
cordibus suis deinde uenit diabolus
et tollit de corde illorum uerbum uti ne
credant et salui fiant . qui autem su
pra petram seminati sunt hí sunt qui
cum audierint uerbum cum gaudio ac
cipiunt illud et ipsi radices non ha
bent quia ad tempus credunt . quod
autem in spinis cecidit hí sunt qui cum
audierint uerbum in sollicitudinibus
et diuitiis et uolumptatibus uitae huius
saeculi suffocantur et non adferent
uctum quod autem in terrā bon

bono et optimo audientes verbum retinent et
fructum afferunt in patientia. 16 Nemo autem
lucernam accendens operit eam vase aut subtus
lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut
intrantes videant lumen. 17 Non enim est oc-
cultum quod non manifestetur, nec absconditum
quod non cognoscatur et in palam veniat. 18 Vi-
dete ergo quomodo auditis: qui enim habet, da-
bitur illi, et quicumque non habet, etiam quod
putat se habere auferetur ab illo.

19 Venerunt autem ad illum mater et fratres
eius, et non poterant adire ad eum prae turba.
20 Et nuntiatum est illi Mater tua et fratres tui
stant foris volentes te videre. 21 Qui respondens
dixit ad eos Mater mea et fratres mei hi sunt qui
verbum dei audiunt et faciunt.

CODEX D.—16 accedens. 17 reveletur *pro* manifestetur.

CODEX K.—16 vaso. 17 reveletur *pro* manifestetur . . . . neque. 19 et venerunt autem.

um . et tenent et fructifican
r patientiam , et adiecit ihs̄ dic
emo autem lucernam accensam o
rit uaso aut subtus lectum ponit sed
supra candelabrum ponit . ut intra
tes uideant lumen nihil est enim
absconsum quod non manifestetur
nec occultum quod non reueletur
et palam ueniat , uidete ergo quo
modo auditis qui enim habet dabi
tur illi et quicumq . non habet etiam
quod putauerit se habere auferetur
ab eo , uenerunt autem ad eum ma
ter eius et fratres et non poterant
accedere ad eum prae turba . et nun
tiatum est illi [a] dicentibus mater tua
et fratres tui stant foris uolentes te
uidere ad ille respondens dixit ad
eos . mater mea et fratres mei hii sunt
qui uerbum dī audiunt et faciunt

iiii XXI

21 22 Factum est autem in una dierum et ipse
ascendit in una navicula et discipuli eius, et ait
ad illos Transfretemus trans stagnum. Et ascen-
derunt. 23 Navigantibus autem illis obdormivit:
et descendit procella venti in stagnum, et com-
plebantur et periclitabantur. 24 Accedentes
autem suscitaverunt eum dicentes Praeceptor,
perimus. At ille surgens increpavit ventum et
tempestatem aquae: et cessavit, et facta est
tranquillitas. 25 Dixit autem illis Ubi est fides
vestra? Qui timentes mirati sunt dicentes ad
invicem Quis putas hic est, quia et ventis im-
perat et mari, et oboediunt ei?

22 26 Enavigaverunt autem ad regionem Ge-
rasenorum, quae est contra Galilaeam. 27 Et
cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir
quidam qui habebat daemonium iam temporibus
multis, et vestimento non induebatur, neque in

Codex D.—22 *om.* una. 23 conplebatur. 24 ascendentes* (*ut vid.*)

Codex K.—22 *om.* una *sec.* . . . transfretemus stagnum. 23 obdormiit . . . conplebatur navis fluctibus. 27 ingresus.

ihs̄ ascendit in nauem cum dis
s suis et ait ad illos transeamus st
gnum ad illi consentientes promoue
unt nauigantibus autem illis obdor
miuit ihs̄ et descendit procella uenti in
stagnum et complebatur fluctibus na
uis et periclitab$\overset{n}{a}$tur . accesserunt au
tem disciputi et suscitauerunt illum dicen
tes magister perimus . ad ille r̈ësurgens
increpauit uento et tempestati aquae
et cessauerunt et facta est tranquilli
tas . dixit autem illis ihs̄ ubi est fides
uestra . et timentes mirati sunt ad inui
cem dicentes quis est hic qui et uentis
imperat et mari et obydiunt ei . XXII
X . . . .
Pernauigauerunt autem in regionē
gerasenorum quae est trans fretum
contra galileam et egresso illo ad ter
am occurrit illi uir quidam qui habe
at daemonium iam temporibus multis

domo manebat sed in monumentis. 28 Is ut
vidit Iesum, procidit ante illum et exclamans
voce magna dixit Quid mihi et tibi est, Iesu
filii dei altissimi? obsecro te ne me torqueas.
29 Praecipiebat enim spiritui inmundo ut exiret
ab homine: multis enim temporibus arripiebat
illum, et vinciebatur catenis et compedibus cus-
toditus, et ruptis vinculis agebatur a daemonio
in deserta. 30 Interrogavit autem illum Iesus
dicens Quod tibi nomen est? At ille dixit Legio,
quia intraverant daemonia multa in eum. 31 Et
rogabant eum ne imperaret illis ut in abyssum
irent. 32 Erat autem ibi grex porcorum multo-
rum pascentium in monte: et rogabant eum ut
permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.
33 Exierunt ergo daemonia ab homine et intra-
verunt in porcos, et impetu abiit grex per prae-

Codex D.—27 manebat in domo. 28 sicut* *pro* is ut . . . procedit. 29 conpedibus custodibus*. 30 intraverunt. 31 illum *pro* eum. 32 permitteret eos . . . et puer missit* illos.

Codex K.—27 manebat in domo. 28 is autem ut. 28 procedit. 31 illum *pro* eum. 32 permitteret eos . . . permisit illos.

mo manebat sed in monumen
idens autem ihm̄ procidit ante illum
exclamauit uoce magna dicens .
quid mihi et tibi est ihū fili dī altissimi
obsecro te ne me torqueas , praeci
piebat autem ihs̄ spiritui immundo ut
exiret ab homine multis enim tempori
bus arripiebat illum uinctus autem
catenis et compedibus custodiebatur
et disruptis uinculis agebatur a dae
monio in desertà loca , interroga
uit autem ihs̄ dicens quod tibi nomen
est ad ille dixit legio quia multa dae
monia introierant in eum , et rogaban
ihm̄ ne imperaret illis ut in abyssum
irent . erat autem ibi grex porcorū
pascentium in monte et rogauerunt
illum ut concederet illis in illo tran
sire et permisit eis . exierunt autem dae
monia ab homine et intrauerunt in
porcos et per impetum abiit grex in m

ceps in stagnum et suffocatus est. 34 Quod ut
viderunt factum qui pascebant, fugerunt et nun-
tiaverunt in civitatem et in villas. 35 Exierunt
autem videre quod factum est, et venerunt ad
Iesum, et invenerunt hominem sedentem, a quo
daemonia exierant, vestitum ac sana mente ad
pedes eius, et timuerunt: 36 nuntiaverunt autem
illis et qui viderant quomodo sanus factus esset a
legione. 37 Et rogaverunt illum omnis multi-
tudo regionis Gerasenorum ut discederet ab
ipsis, quia timore magno tenebantur: ipse au-
tem ascendens navem reversus est. 38 Et roga-
bat illum vir a quo daemonia exierant ut cum eo
esset. Dimisit autem eum Iesus dicens 39 Redi
domum tuam, et narra quanta tibi fecit deus. Et
abiit per universam civitatem praedicans quanta
illi fecisset Iesus.

23 40 Factum est autem cum redisset Iesus,
excepit illum turba; erant enim omnes expec-

Codex K.—38 eum *pro* illum . . . demisit.

ff

tores quod factum esset , fuger
nuntiauerunt in ciuitatem et in agr
exierunt autem uidere quod factum
et uenerunt ad ihm̄ et inuenerunt homi
nem sedentem a quo daemonia exierant
uestitum et sana mente ad pedes ihū et ti
muerunt . nuntiauerunt autem illis et qui
uiderunt quomodo sanus factus est a le
gione daemoniorum , et rogauerunt illū
omnis multitudo regionis gerasenorum
ut discederet ab ipsis quia timore magno
tenebantur . ipse autem ascendit in na
uicula et reuersus est , rogabat autem
illum uir a quo daemonia exierant ut
cum ipso esset dimisit autem illum ihs̄ di
cens redi in domum tuam et narra
quanta tibi fecit ds̄ et abiit in uniuer
sam ciuitatem praedicans quanta illi
fecit ihs̄ XXIII

factum est autem cum ihs̄
edisset excepit illum turba . erant en

tantes eum. 41 Et ecce venit vir cui nomen
Iairus, et ipse princeps synagogae erat, et ceci-
dit ad pedes Iesu, rogans eum ut intraret in
domum eius: 42 quia filia unica erat illi fere
annorum duodecim, et haec moriebatur. Et con-
tigit dum iret, a turba comprimebatur. 43 Et
mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab annis
duodecim, quae in medicos erogaverat omnem
substantiam suam nec ab ullo potuit curari:
44 accessit retro et tetigit fimbriam vestimenti
eius, et confestim stetit fluxus sanguinis eius.
45 Et ait Iesus Quis est qui me tetigit? Negan-
tibus autem omnibus dixit Petrus et qui cum illo
erant Praeceptor, turbae te comprimunt et affli-
gunt, et dicis Quis me tetigit? 46 Et dixit Iesus
Tetigit me aliquis: nam et ego novi virtutem de
me exisse. 47 Videns autem mulier quia non
latuit, tremens venit et procidit ante pedes illius,

46 (et *om.***).

CODEX D.—41 erat Iairus*. 42 unica filia* . . . . turbis. 43 medicis. 46 *om.* et.

CODEX K.—41 erat Iairus. 42 turbis. 47 latuit eum . . . procedit.

omen erat iairus et hic erat pr synagogae et procidit ad pedes ihū rogans eum ut introiret in domum suam quia filia unica erat illi annorū fere xii . et haec moriebatur . et cont git dum iret ihs̄ a turbis sic conprime batur ut suffocarent eum . et mulier quaedam erat in profluuio sanguinis ab annis xii quae in medicis eroga uerat omnem substantiam suam nec ab ullo potuit curari accessit retro et tetigit uestimenta eius et confestim stetit fluxus sanguinis eius et ait ihs̄ quis est qui me tetigit negantibus autem omnibus dixit petrus et qui cū lo erant . magister turbae tam magnae te conprimunt et dicis quis me teti git . ad ille dixit tetigit me aliquis ego enim cognoui uirtutem de me exis se . uidens autem mulier quod non osset latere uenit tremens et pro

---

[16] (*litterae* 'e t' *in* 'turbae tam' *man. rec. super rasur.*)

et ob quam causam tetigerit eum indicavit coram
omni populo, et quemadmodum confestim sanata
sit. 48 At ipse dixit illi Filia, fides tua te sal-
vam fecit: vade in pace. 49 Adhuc illo loquente
venit a principe synagogae dicens ei quia mortua
est filia tua, noli vexare illum. 50 Iesus autem
audito hoc verbo respondit patri puellae Noli
timere: crede tantum, et salva erit. 51 Et cum
venisset domum, non permisit intrare secum
quemquam nisi Petrum, Iacobum et Iohannem
et patrem et matrem puellae. 52 Flebant autem
omnes et plangebant illam. At ille dixit Nolite
flere: non est mortua sed dormit. 53 Et deride-
bant eum, scientes quia mortua esset. 54 Ipse
autem tenens manum eius clamavit dicens Puella,
surge. 55 Et reversus est spiritus eius, et sur-
rexit continuo: et iussit illi dari manducare.
56 Et stupuerunt parentes eius; quibus prae-
cipit ne alicui dicerent quod factum erat.

56 (*praecipit*).

Codex D.—51 et Iohannem et Iacobum. 55 dari illi. 56 *om.* eius . . . praecipit.

Codex K.—49 ad principem . . . *om.* est . . . nolite. 51 et Iohannem et Iacobum. 55 dari illi. 56 praecipit.

igerit eum indicauit coram om
quemadmodum confestim sanata
et dixit ad eam ihs̄ filia fides tua te sal
uam fecit uade in pacem adhuc eo
oquente uenit quidam a principe sy
nagogae dicens ei quia mortua est filia
tua noli uexare illum ihs̄ autem audi
to hoc uerbo ait patri puellae noli time
re crede tantum et salua erit . et cum
uenisset in domum non permisit secum
intrare quemquam nisi petrum et io
hannem et iacobum et patrem et matrem
puellae flebant autem omnes et plan
gebant illam ad ille dixit nolite fle
re non est enim mortua puella sed
dormit et deridebant eum scientes
quod mortua esset ipse autem tenens
manum puellae clamauit eam dicens
puella surge et reuersus est sp̄s eius et
urrexit continuo et iussit illi dare
nducare . et stupuerunt parente

IX. **24** 1 Convocatis autem duodecim aposto-
lis dedit illis virtutem et potestatem super omnia
daemonia et ut languores curarent, 2 et misit
illos praedicare regnum dei et sanare infirmos,
3 et ait ad illos Nihil tuleritis in via, neque vir-
gam neque peram neque panem neque pecuniam,
neque duas tunicas habeatis, 4 et in quamcum-
que domum intraveritis, ibi manete et inde ne
exeatis. 5 Et quicumque non receperint vos,
exeuntes de civitate illa etiam pulverem pedum
vestrorum excutite in testimonium supra illos.
6 Egressi autem circumibant per castella evan-
gelizantes et curantes ubique.

7 Audivit autem Herodes tetrarcha omnia
quae fiebant ab eo, et haesitabat eo quod dice-
retur 8 a quibusdam quia Iohannes surrexit a
mortuis, a quibusdam vero quia Helias apparuit,

Codex D.—IX. 5 per illos* super illos**.

Codex K.—IX. 2 emisit *pro* et misit. 3 ne peram neque calciamenta. 5 super illos. 6 castella et civitates.

d factum esset , , , , , , , , , x
, , , , , , , , conuocatis aut
xii discipulis suis dedit illis uirtutem et p
testatem super omnia et ut curarent
omnem languorem et misit illos praedi
care regnum dī et sanare infirmos.
et ait ad illos nihil tuleritis in uiam
non uirgam non peram non calciamen
ta non panem non pecuniam neque
duas tunicas habueritis et in quam
cumq. domum intraueritis ibi mane
te et inde exite et quicumq. non re
ceperint uos exeuntes de ciuitate illa
etiam puluerem de pedibus uestris ex
cutite in testimonium in ipsos egres
si autem circuibant per castella euan
gelizantes ubiq. audiuit autem hero
des tetrarcha omnia quae erant
facta et haesitabat eo quod dicere
tur a quibusdam quia iohannis sur
rexit a mortuis. a quibusdam uero

ab aliis autem quia propheta unus de antiquis
surrexit. 9 Et ait Herodes Iohannem ego decol-
lavi: quis autem est iste de quo audio ego talia?
Et quaerebat videre eum.

25 10 Et reversi apostoli narraverunt illi quae-
cumque fecerunt: et assumptis illis secessit
seorsum in locum desertum qui est Bethsaida.
11 Quod cum cognovisset turbae, secutae sunt
illum: et excepit illos, et loquebatur illis de
regno dei, et eos qui cura indigebant sanabat.
12 Dies autem coeperat declinare: et accedentes
duodecim dixerunt illi Dimitte turbas, ut euntes
in castella villasque quae circa sunt devertant et
inveniant escas, quia hic in loco deserto sumus.
13 Ait autem ad illos Vos date illis manducare.
At illi dixerunt Non sunt nobis plus quam quin-
que panes et duo pisces, nisi forte nos eamus et

CODEX D.—11 sanabant*.

od profeta unus de antiquis
exit . ait aütem herodis iohannem e
decollaui hic quis est de quo ego audio
talia et quaerebat eum uidere . . . xxv
ii , , , , , , , , , , , ,
et regressi apostoli narrauerunt ei
quaecumq . fecerunt , et adsumptis illis
secessit seorsum in uicum qui uocatur
bethsaida in locum desertum quod
cum cognouissent turbae secutae sunt
eum et excipiens illos loquebatur
eis de regno dī et eos qui cura indige
bant sanabat dies autem iam coepe
rat declinare et accesserunt XII
discipuli eius et dixerunt ei dimitte
turbam ut eant circa castella et uil
las et reficiant se et inueniant sibi
escas quia hic in deserto loco sumus
ait autem ad illos ihs̄ date illos uos
manducare ad illi dixerunt non
sunt nobis plus quam quinq . panes

---

10 (‘secutae’ *e corr. ex* ‘. . . ti.’)

emamus in omnem hanc turbam escas. 14 Erant
autem fere viri quinque milia. Ait autem ad
discipulos suos Facite illos discumbere per con-
vivia quinquagenos. 15 Et ita fecerunt, et dis-
cumbere fecerunt omnes. 16 Acceptis autem
quinque panibus et duobus piscibus respexit in
caelum et benedixit illis et fregit, et distribuit
discipulis suis ut ponerent ante turbas. 17 Et
manducaverunt omnes et saturati sunt: et subla-
tum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini
duodecim.

26 18 Et factum est cum solus esset orans,
erant cum illo et discipuli: et interrogavit illos
dicens Quem me dicunt esse turbae? 19 At illi
responderunt et dixerunt Iohannem baptistam,
alii autem Heliam, alii quia propheta unus de
prioribus surrexit. 20 Dixit autem illis Vos
autem quem me esse dicitis? Respondens Si-
mon Petrus dixit Christum dei. 21 At ille incre-

Codex D.—18 et cum illo . . . discipulo* . . . eum* *pro* illos. 20 respondit.

Codex K.—16 autem Iesus . . . tribuit *pro* distribuit. 18 et cum illo discipuli. 20 respondit.

omnem hanc turbam esca
nt enim fere quinque milia uiro
ait autem ad discipulos suos facite ill
discumbere per conuiuia quinquag
nos et ita fecerunt , et discubuerum
omnes acceptis autem ihs̄ quinque
panibus et duobus piscibus respexit
in caelum et benedixit super illos et fre
git et dedit discipulis suis ut ponerent
ante turbas et manducauerunt omnes
et saturati sunt et sublatum est quod
superfuit illis fragmentorum cofini
XII . et factum est cum solus esset orans ,
erant cum illo discipuli eius , interro
gauit illos dicens quem me dicunt esse
turbae ad illi respondentes dixe
runt iohannem baptistam alii autē
heliam alii uero quia profeta unus
ex prioribus surrexit , et ait illis uos
autem quem me dicitis esse . respon
dens simon petrus dixit χp̄m̄ filiū

pans illos praecepit ne cui dicerent hoc, 22 di-
cens quia oportet filium hominis multa pati et
reprobari a senioribus et principibus sacerdotum
et scribis et occidi et tertia die resurgere.

23 Dicebat autem ad omnes Si quis vult post
me venire, abneget se ipsum et tollat crucem
suam cotidie et sequatur me. 24 Qui enim vo-
luerit animam suam salvam facere, perdet illam :
nam qui perdiderit animam suam propter me,
salvam faciet illam. 25 Quid enim proficit homo
si lucretur universum mundum, se autem ipsum
perdat et detrimentum sui faciat? 26 Nam qui
me erubuerit et meos sermones, hunc filius homi-
nis erubescit, cum venerit in maiestate sua et
patris et sanctorum angelorum. 27 Dico autem
vobis, vere sunt aliqui hic stantes qui non gusta-
bunt mortem donec videant regnum dei.

21 (*praecipit*).

Codex D.—21 praecipit . . . . *om.* hoc. 23 qui vult*. 25 *om.* cui. 26 erubescet. 27 *om.* hic.

Codex K.—21 praecipit . . . *om.* hoc. 25 perdet. 26 hunc et filius . . . erubescet.

le increpans
i hoc dicerent dicens quo
ortet filium hominis multa pati
probari a principibus sacerdotum
senioribus et scribis et occidi et post
diem tertium resurgere . dicebat au
tem ad omnes si quis uulṭ post me ueni
re abneget se ipsum et tollat crucem suā
et sequatur me qui enim uoluerit ani
mam suam saluam facere perdet eam
nam qui perdiderit animam suam prop
ter me hic saluam faciet eam , quid
enim proficit homọ si lucretur uniuer
sum mundum se autem perdat et de
trimentum faciat . nam qui erubuẹ
rit me et meos sermones hunc filius
hominis erubescit , cum uenerit in
maiestate sua et patris et sanctorum
angelorum . dico autem uobis uere
sunt hic aliqui stantes qui non gus
abunt mortem donec uideant reg

. . . . XXVI

28 Factum est autem post haec verba fere
dies octo, et assumpsit Petrum et Iacobum et Io-
hannem et ascendit in montem ut oraret. 29 Et
facta est dum oraret species vultus eius altera et
vestitus eius albus refulgens. 30 Et ecce duo
viri loquebantur cum eo: erant autem Moyses
et Helias, 31 visi in maiestate, et dicebant ex-
cessum eius quem completurus erat in Hierusa-
lem. 32 Petrus vero et qui cum illo gravati
erant somno: et evigilantes viderunt maiestatem
eius et duos viros qui stabant cum illo. 33 Et
factum est dum discederent ab illo, ait Petrus ad
Iesum Praeceptor, bonum est nos hic esse, et
faciamus tria tabernacula, unum tibi et unum
Moysi et unum Heliae, nesciens quid diceret.
34 Haec autem illo loquente facta est nubes et
obumbravit eos: et timuerunt intrantibus illis in
nubem. 35 Et vox facta est de nube dicens Hic
est filius meus dilectus, ipsum audite. 36 Et

CODEX D.—28 Iohannem et Iacobum. 29 factum. 30 cum illo. 33 discenderent . . . *om.* et *sec.* 35 meus electus.

CODEX K.—29 factum. 30 cum illo. 31 excelsum*. 33 discenderent . . . *om.* et *sec.*

post haec uerb dies octo adsumpsit petrum et i cobum et iohannem et ascendit in m tem ut oraret et dum orat facta est species aspectus eius altera et uestitus eius albus refulgens . et ecce duo uir loquebantur cum eo erant autem moyses et helias apparentes in maiesta te et dicebant excessum ejus quem con pleturus erat in hierusalem . petrus uero et qui cum eo erant grauati erant som no et uigilantes uiderunt maiestatem eius et duos uiros qui stabant cum eo et factum est dum descederent ab illo ait petrus ad ihm̄ magister. bonum est nobis hic esse faciamus hic tria tabernacula unum tibi et unum moys et unum heliae nesciens quid diceret: haec autem eo loquente facta est nu bis et inumbrauit eos et timuerunt et intrantibus illis in nube uox fac a est in [de] nube dicens hic est filius m

---

[21] (' de ' *manu recentiore*).

dum fieret vox, inventus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quae viderant.

27 37 Factum est autem in sequenti die de-
scendentibus illis de monte occurrit illi turba
multa. 38 Et ecce vir de turba exclamavit
dicens Magister, obsecro te, respice in filium
meum, quia unicus est mihi, 39 et ecce spiritus
apprehendit illum et subito clamat et elidit et
dissipat eum cum spuma, et vix discedit dila-
nians eum. 40 Et rogavi discipulos tuos ut
eicerent illum, et non potuerunt. 41 Respon-
dens Iesus dixit O generatio infidelis et perversa,
usque quo ero apud vos et patiar vos? Adduc
filium tuum. 42 Et cum accederet, elisit illum
daemonium et dissipavit. 43 Et increpavit Iesus

Codex D.—38 et exclamavit*. 39 illidit. 41 respondens autem . . . fidelis* . . . adduc huc. 42 ilissit.

Codex K.—39 clamant . . . discedit ab eo. 41 respondens autem . . . adduc huc. 42 accideret.

esset inuentus est ihs̄ solus
iso tacuerunt et nemini dixeru
in illis diebus ex his quae uiderant xx

,, ,, ,, ,,

factum est autem eo die descendenti
bus illis de monte occurrit illi turba
multa et ecce uir de turba exclama
uit dicens magister obsecro te res
pice in filium meum quia unicus est
mihi et ecce sps̄ immundus adpraehen
dit illum subito et heledit et dissipat eu
cum spuma . et uix discedit ab eo dilani
ans eum et rogaui discipulos tuos ut ei
ciant illum et non potuerunt . ihs̄
autem respondens dixit ō generatio
incredula et peruersa usq . quo ero
apud uos et patiar uos adduc filiū
tuum ad me statim autem cum uenis
set et adpropinquasset idem puer
uidens ihm̄ elisit illum daemonium et
contorquens contribulauit eum

spiritum inmundum, et sanavit puerum et red-
didit illum patri eius. 44 Stupebant autem
omnes in magnitudine dei.

Omnibusque mirantibus in omnibus quae faci-
ebat, dixit ad discipulos suos Ponite vos in cor-
dibus vestris sermones istos: filius enim hominis
futurus est ut tradatur in manus hominum. 45
At illi ignorabant verbum istud, et erat velatum
ante eos ut non sentirent illud, et timebant inter-
rogare eum de hoc verbo.

46 Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum
maior esset. 47 At Iesus videns cogitationes
cordis illorum, apprehendens puerum statuit eum
secus se, 48 et ait illis Quicumque susceperit
puerum istum in nomine meo, me recepi, et qui-
cumque me receperit, recipit eum qui me misit:

Codex D.—44 filium . . . futurum. 45 tenebant* (*om.* et). 48 recipit *pro* recepit . . . recipit *pro* receperit.

Codex K.—44 futurum . . . . tradetur. 45 *om.* et *sec.* 48 recipit *pro* recepit . . . recipit *pro* receperit *deinde add.* non me recepit sed.

et sanauit puerum et reddi
m patri suo confestim hoc uiso om
et stupebant in magnitudinem dī
omnibusque mirantibus super omnia
quae faciebat ihs̄ dixit ei petrus dn̄e
quare nos non potuimus eicere eum
quibus dixit quoniam huiusmodi orati
onibus et ieiuniis eicitur . dixit autem
ihs̄ ad discipulos suos ponite uos in auri
bus uestris et in corde uestro sermones
istos filius hominis tradetur in manus
hominum ad illi ignorabant hoc uer
bum erat autem coopertum ante illos
ut non intellegerent et timebant inter
rogare eum de hoc uerbo . intrauit
autem in eos cogitatio quis eorum maior
esset ihs̄ autem uidens cogitationes
cordis eorum adpraehendens puerum
statuit secus se et ait quicumque ac
ceperit puerum istum in nomine meo me
ecipit et quicunq . me receperit no

[18] ('de' *in* 'adpraehendens' *supra rasur.*)

nam qui minor est inter omnes vos, hic maior est.
49 Respondens autem Iohannes dixit Praeceptor,
vidimus quendam in nomine tuo eicientem dae-
monia, et prohibuimus eum, quia non sequitur
nobiscum. 50 Et ait ad illum Iesus Nolite pro-
hibere: qui enim non est adversus vos, pro vobis
est.

28 51 Factum est autem dum complerentur
dies adsumptionis eius, et ipse faciem suam fir-
mavit ut iret Hierusalem, 52 et misit nuntios
ante conspectum suum: et euntes intraverunt in
civitatem Samaritanorum ut pararent illi: 53 et
non receperunt eum, quia facies eius erat euntis
Hierusalem. 54 Cum vidissent discipuli eius
Iacobus et Iohannes, dixerunt Domine, vis dici-

54 (*vidissent autem* . . .)

Codex D.—50 *om.* qui enim*. 51 autem cum . . . in Hyerusalem. 53 recipierunt. 54 vidissent autem.

Codex K.—50 *Post* Iesus *add.* sinite eum et . . . adversum. 51 autem cum . . . . in Hiesrusalem (*sic**). 52 *post* illi *add.* cenam. 53 euntes in Hierusalem. 54 vidissent autem.

i minor inter uos est hic mai espondens autem iohannes di ad ihm̅ magister uidimus quendam in nomine tuo eicientem daemonia et proibuimus eum quia non sequitur nobiscum . et ait ihs̄ sinite eum et nolite prohibere qui enim non est aduersus uos pro uobis est nemo est autem qui faciat uirtutem in nomine meo et poterit male loqui de me

xxui. , , , , , , XXVIII.

factum est autem dum complerentur dies . adsumptionis eius et ipse faciem suam firmauit u^{t} iret in hierusalem et misit nuntios ante conspectum suū , et euntes nuntii intrauerunt in ci uitatem samaritanorum ut pararent illi et non receperunt illum quia fa cies eius erat euntis in hierusalem uidentes autem discipuli eius iacobus et iohannes dixerunt ad ihm̅ . dn̅e

---

11 (xxvi *mutat. ex* xxviii.)

mus ut ignis descendat de caelo et consumat
illos? 55 Et conversus increpavit illos et dixit
Nescitis cuius spiritus estis? 56 Filius hominis
venit animas perdere sed salvare. Et abierunt
in aliud castellum.

29 57 Factum est autem ambulantibus illis in
via dixit quidam ad illum Sequar te quocumque
ieris. 58 Et ait illi Iesus Vulpes foveas habent
et volucres caeli nidos, filius autem hominis non
habet ubi caput reclinet. 59 Ait autem ad alte-
rum Sequere me. Ille autem dixit Domine, per-
mitte mihi primum ire et sepelire patrem meum.
60 Dixitque Iesus Sine ut mortui sepeliant mor-
tuos suos: tu autem vade adnuntia regnum dei.
61 Et ait illi Sequar te, domine, sed primum
permitte mihi renuntiare his qui domi sunt. 62
Ait ad illum Iesus Nemo mittens manum suam
in aratrum et aspiciens retro aptus est regno
dei.

Codex D.—55, 56 *om.* et dixit *usq.* salvare. 60 dixitque Iesus ei . . . *om.* ut*. 61 et ait alter sequar . . . ire nuntiare.

Codex K.—55, 56 *om.* et dixit *usque* salvare. 58 nidos ubi requiescent. 60 dixitque ei Iesus . . . sepelient . . . adnuntiare. 61 et ait alter (*om.* illi) . . . qui in domi.

nsumat eos sicut helias fecit . c rsus autem ihs̄ increpauit illos et dix escitis quali spū estis . filius hominis non uenit animas hominum perdere sed saluare et abierunt in alium caste

xxuiiii. , , , , , , XXVIIII.

et factum est euntibus illis in uiam dixit quidam ad illum sequar te quocumque ieris et ait ihs̄ uulpes foueas habent et uolucres caeli nidos ubi requiescant filius autem hominis non habet ubi capud suum reclinet . et ait ad alterutrum sequ re me ille autem dixit dn̄e permitte me primum ire et sepellire patrem meum et di xit ei ihs̄ sine mortui sepelliant mortuos suos tu autem uade adnuntia regnum dī ait autem alius sequar te dn̄e sed pri mum permitte mihi ire et nuntiare meis qui in domo sunt dixit autem illi ihs̄ nemo mittens manum suam super aratr spiciens uetro aptus est regno dī

---

10 (*rasura ante* 'ubi.')

X. **30** 1 Post haec autem designavit dominus
et alios septuaginta duos, et misit illos binos
ante faciem suam in omnem civitatem et locum
quo erat ipse venturus. 2 Et dicebat illis Messis
quidem multa, operarii autem pauci: rogate ergo
dominum messis ut mittat operarios in messem
suam. 3 Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter
lupos. 4 Nolite portare sacculum neque peram
neque calciamenta, et neminem per viam saluta-
veritis. 5 In quamcumque domum intraveritis,
primum dicite Pax huic domui. 6 Et si ibi fuerit
filius pacis, requiescet super illam pax vestra:
sin autem, ad vos revertetur. 7 In eadem autem
domo manete, edentes et bibentes quae apud illos
sunt: dignus enim est operarius mercede sua.
Nolite transire de domo in domum. 8 Et in
quamcumque civitatem intraveritis et susceperint
vos, manducate quae apponuntur vobis, 9 et
curate infirmos qui in illa sunt, et dicite illis

Codex D.—X. 2 *om.* suam.

Codex K.—X. 5 In quacumque domum. 7 et nolite . . . de domu. 8 adponentur.

t haec designauit ihs̄ alios LXX. it illos binos ante faciem suam in o nem locum et ciuitatem quo erat uen· rus et dicebat illis messis quidem copio t operari autem pauci rogate ergo dnm̄ messis ut mittat operarios in mes sem suam ite ecce mitto uos sicut agnos inter lupos nolite portare sacculum neque peram neq . duo calciamen ta et neminem per uiam salutaueritis et in quamcumque domum intra ueritis discite pax huic domui et si ibi fuerit filius pacis requiescat pax uestra super eam sin autem super uos reuertetur in eadem domo manete edentes et bibentes quae apud illos sunt , dignus est enim operarius mercede sua . nolite transire de domo in domum et in quamcumq . ciuitatem intraueritis et acceperint uos edite quae ante os ponunt et curate infirmos . qui

---

[17] ('operarius' *corr ex* '. . . os.')

Appropinquavit in vos regnum dei. 10 In quam-
cumque civitatem intraveritis et non receperint
vos, exeuntes in plateas eius dicite 11 Etiam
pulverem qui adhaesit nobis de civitate vestra
extergimus in vos: tamen hoc scitote quia ap-
propiavit regnum dei. 12 Dico vobis quia Sodo-
mis in die illa remissius erit quam illi civitati.
13 Vae tibi Corazain, vae tibi Bethsaida: quia si
in Tyro et Sidone factae fuissent virtutes quae in
vobis factae sunt, olim in cilicio et cinere se-
dentes paeniterent. 14 Verum tamen Tyro et
Sidoni remissius erit in iudicio quam vobis. 15
Et tu Capharnaum, usque in caelum exaltata,
usque ad infernum demergeris. 16 Qui vos
audit me audit, et qui vos spernit me spernit:
qui autem me spernit, spernit eum qui me misit.

Codex D.—9 adpropiavit. 11 in nobis . . . adpropinquavit. 13 chorozai. 15 usque in infernum.

Codex K.—10 quamcumque autem. 11 in nobis . . . vestra in pedibus . . . . adpropinquavit. 12 dico autem. 13 corozain . . . . egissent paenitentiam. 15 Cafarnaum numquid in caelum exalta (*sic*) es usque ad infernum.

gnum . . in quamcumq [autem] . ciu m intraueritis et non receperint uos xeuntes in plateas eius dicite etiam p uerem qui adhaesit nobis de ciuitate uestra in pedibus extergimus . in uos tamen hoc scitote quoniam adpropi auit regnum dī dico uobis quia sodo mis in die illa tolerabilius erit quam illi ciuitati . uae tibi chorozain et bethsaid quia si in tyro et sidone factae fuissent uirtutes quae factae sunt in te in cilicio et cinere paenitentiam egissent . uerū tamen tyro et sidoni in die iudicii tole rabilius erit quam uobis et tu cafar naum numquid usq . ad caelum exalta beris an usq . ad inferos demergeris qui uos audit me audit et qui uos spernit me spernit . qui autem m audit audit eum qui me misit , xxxi

xiiii , , , , , , , , ,

17 Reversi sunt autem septuaginta duo cum
gaudio dicentes Domine, etiam daemonia sub-
iciuntur nobis in nomine tuo. 18 Et ait illis
Videbam satanan sicut fulgur de caelo cadentem.
19 Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra
serpentes et scorpiones, et supra omnem virtu-
tem inimici, et nihil vobis nocebit. 20 Verum
tamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis
subiciuntur, gaudete autem quod nomina vestra
scripta sunt in caelis.

31. 21 In ipsa hora exultavit spiritu sancto et
dixit Confiteor tibi pater, domine caeli et terrae,
quod abscondisti haec a sapientibus et pruden-
tibus, et revelasti ea parvulis: etiam pater, quia
sic placuit ante te. 22 Omnia mihi tradita sunt
a patre: et nemo scit qui sit filius, nisi pater,
et qui sit pater, nisi filius et cui voluerit filius

Codex D.—19 super *bis* . . . . vos. 20 sufficiuntur. 21 in spiritu . . . . confitebor . . . . *om.* a*.

Codex K.—18 fulgor. 19 super *bis* . . . vos.

audio ad ihm̅ dicentes . dn̅e daemonia subdita sunt nobis in no ne tuo . et ait illis ihs̅ uidebam satan quasi fulgor de caelo cadentem ecce dedi uobis potestatem calcandi su pra serpentes et scorpiones et super omnem uirtutem inimici et nihil uos nocebunt . uerum tamen nolite in hoc gaudere quia sps̅ uobis subiec ti sunt , gaudete autem quoniam no mina uestra scribta sunt in caelo in ipsa hora exultauit spū sco̅ et ait confiteor tibi pater dn̅e caeli et terrae quod abscondisti haec a sa pientibus et prudentibus et reuelas ti ea paruolis ita pater quia sic bona uoluntas fuit ante te , et conuersus ad discipulos suos dixit , omnia mihi tradita sunt a patre meo . et nemo sci quis est filius nisi pater et quis est pa

revelare. 23 Et conversus ad discipulos suos
dixit Beati oculi qui vident quae videtis: 24 dico
enim vobis quod multi prophetae et reges volue-
runt videre quae vos videtis, et non viderunt, et
audire quae auditis, et non audierunt.

32. 25 Et ecce quidam legis peritus surrexit
temtans eum et dicens Magister, quid faciendo
vitam aeternam possidebo? 26 At ille dixit ad
eum In lege quid scriptum est? quomodo legis?
27 Ille respondens dixit Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et
ex omnibus viribus tuis et ex omni mente tua, et
proximum tuum sicut te ipsum. 28 Dixitque
illi Recte respondisti: hoc fac, et vives. 29 Ille
autem volens iustificare se ipsum dixit ad Iesum
Et quis est meus proximus? 30 Suspiciens
autem Iesus dixit Homo quidam descendebat ab
Hierusalem in Hiericho, et incidit in latrones,
qui etiam despoliaverunt eum, et plagis inpositis

CODEX D.—25 temptans illum. 27 respondit * *ut vid.* 28 *om.* que . . . tu vives *. 30 suscipiens.

CODEX K.—24 iusti *pro* reges. 25 temptans illum. 28 illi Iesus. 30 suscipiens.

d discipulos suos ait
ati oculi qui uident quae uidetis.
dico enim uobis quod multi profetae
uidere quae uos uidetis et non uiderunt
et iusti uoluerunt et audire quae audi
tis et non audierunt XXXII
XXXII . . . et haec eo dicente ecce
quidam legis peritus surrexit temptans
illum et dicens magister quid faciendo
uitam aeternam possidebo ad ille di
xit ad eum in lege quid scribtum est quo
modo legis ille respondens dixit dili
ges dnm̄ dm̄ tuum in toto corde tuo et in
tota anima tua et in omni uirtute tua
et proximum tuum sicut te ipsum dixit
que illi ihs̄ recte respondisti hoc fac et
uiues ille autem uolens se ipsum iustifica
re dixit ad ihm̄ et quis est proximus meu
suscipiens autem ihs̄ dixit , homo quida
descendebat ab hierusalem in hiericho
incidit in latrones qui despoliaueru

---

[6] (*mutat. in* XXX.)

abierunt semivivo relicto. 31 Accidit autem ut
sacerdos quidam descenderet eadem via, et viso
illo praeterivit. 32 Similiter et Levita, cum
esset secus locum et videret eum, transiit. 33
Samaritanus autem quidam iter faciens venit
secus eum, et videns eum misericordia motus
est, 34 et appropians alligavit vulnera eius in-
fundens oleum et vinum, et imponens illum in
iumentum suum duxit in stabulum et curam eius
egit: 35 et altera die protulit duos denarios et
dedit stabulario et ait Curam illius habe, et quod-
cumque supererogaveris, ego cum rediero red-
dam tibi. 36 Quis horum trium videtur tibi
proximus fuisse illi qui incidit in latrones? 37
At ille dixit Qui fecit misericordiam in illum. Et
ait illi Iesus Vade et tu fac similiter.

Codex D.—pertransivit. 34 ad stabulum.

Codex K.—32 pertransivit. 33 *om.* eum. 34 et duxit ad stabulum.

iuo relicto fortuito . . . . sa quidam discendebat per eam ui et uiso illo praeterit . similiter et leu cum esset secus illum locum et uide ret illum pertransiit . samaritanus autem quidam iter faciens uenit se cus ipsum et uidens eum misericordia motus est et accessit ad eum et alliga uit uulnera eius infundens uinum et oleum̀ et possuit illum in iumentum suum et perduxit eum ad stabulum et curam eius egit . et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario , et ait illi diligenter curam illius habe et quodcumq . supererogaueris ego cum reuersus fuero reddam tibi . quis horum trium uidetur tibi proximus fuisset illi qui incidit in latrones . ad ille dixit is qui fecit misericordiam n illo . ait illi ihs̄ uade et tu fac sim

33. 38 Factum est autem dum irent, et ipse
intravit in quoddam castellum, et mulier quae-
dam Martha nomine excepit illum in domum
suam. 39 Et huic erat soror nomine Maria,
quae etiam sedens secus pedes domini audiebat
verbum illius; 40 Martha autem satagebat circa
frequens ministerium: quae stetit et ait Domine,
non est tibi curae quod soror mea reliquit me
solam ministrare? dic ergo illi ut adiuvet me.
41 Et respondens dixit illi dominus Martha
Martha, sollicita es et turbaris circa plurima:
42 porro unum est necessarium. Maria optimam
partem elegit, quae non auferetur ab ea.

XI. **34** 1 Et factum est cum esset in loco
quodam orans, ut cessavit, dixit unus ex disci-
pulis eius ad eum Domine, doce nos orare, sicut
et Iohannes docuit discipulos suos. 2 Et ait
illis Cum oratis, dicite Pater, sanctificetur nomen

Codex D.—38 iret . . . in domu sua. 40 cura . . . . me adiuvet. XI. 1. orans non cessavit*.

Codex K.—38 iret . . . . in domu sua. 40 cura . . . . me adiuvet. 42 Maria autem.

,,, ,,, ,,, ,,,

a . . m est autem cum irent et ipse in auit in quoddam castellum et mu er quaedam cui nomen erat martha excepit illum in domum suam et huic erat soror nomine maria haec sedens secus pedes dn̄i audiebat uerbum eius . mar tha autem satagebat circa plurimum ministerium , quae accessit ad ihm̄ et dixit ei dn̄e non est tibi cura quod soror mea reliquit me solam ministrare . dic ergo illi ut me adiuuet . et respondens ihs̄ dixit illi . martha martha maria op timam partem sibi elegit . quae non au feretur ab illa , , , , , , XXXIIII XXXII , , et factum est cum esset ihs̄ in quoddam loco orans et cum ces sasset . dixit unus ex discipulis eius ad eum dn̄e doce nos orare sicut iohan nes docuit discipulos suos , et ait ihs̄ cum oratis dicite . pater noster qui es

---

16 (xxxii *mutat.* ex xxxiiii.)

tuum: adveniat regnum tuum: 3 panem nostrum
cotidianum da nobis cotidie: 4 et dimitte nobis
peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni
debenti nobis: et ne nos inducas in temtationem.
5 Et ait ad illos Quis vestrum habebit amicum,
et ibit ad illum media nocte et dicet illi Amice,
commoda mihi tres panes, 6 quoniam amicus
meus venit de via ad me et non habeo quod po-
nam ante illum; 7 et ille de intus dicat Noli mihi
molestus esse: iam ostium clausum est, et pueri
mei mecum sunt in cubili: non possum surgere
et dare tibi. 8 Et ille si perseveraverit pulsans,
dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quod
amicus eius sit, propter inprobitatem tamen eius
surget et dabit illi quot habet necessarios. 9 Et

Codex D.—2 *Post* regnum tuam *add.* fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra. 3 da nobis hodie. 5 habet . . . dicit. 6 *om.* et. 7 respondens dicet. 8 *om.* et ille *usq.* pulsans . . . eius tamen* . . . surgit . . . quodquod habet.

Codex K.—XI. 2 *Post* regnum tuum *add.* fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra. 3 da nobis hodie. 4 debita *pro* peccata. 4 *Post* temptationem (*sic*) *add.* sed libera nos a malo. 5 habet . . . dicit. 7 respondens dicat . . . surgere dare . . . 8 amen dico . . . surgit . . . quotquot.

eniat regnum tuum fiat uolun
in caelo et in terra panem nostru
tidianum da nobis hodie et dimit
nobis peccata nostra sicut et nos dim
timus debitoribus nostris et ne nos
inducas in temptationem sed libera
nos a malo et dixit ad eos quis ues
truṁ habet amicum et ibit ad illum
media nocte et dicet illi . amice com
moda mihi tres panes quoniam ami
cus meus superuenit de uia ad me ,
et non habeo quod ponam ante illum
ad ille deintus respondens dicit . no
li mihi molestus esse iam ostium clusū
est et pueri in cubiculo mecum sunt
non possum surgere et dare tibi . et
ille si perseuerit[raue] pulsans . dico uobis
etsi non dederit ei eo quod amicus eiu
sit tamen propter inportunitatem eiu
surge[t] et dabit illi quantum desider

ego vobis dico Petite, et dabitur vobis: quae-
rite, et invenietis: pulsate, et aperietur vobis.
10 Omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit
invenit, et pulsanti aperietur. 11 Quis autem
ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem
dabit illi? aut si piscem, numquid pro pisce ser-
pentem dabit illi? 12 aut si petierit ovum, num-
quid porrigit illi scorpionem? 13 Si ergo vos,
cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris,
quanto magis pater vester de caelo dabit spiri-
tum bonum petentibus se.

35 14 Et erat eiciens daemonium, et illud erat
mutum: et cum eiecisset daemonium, locutus est
mutus, et ad miratae sunt turbae. 15 Quidam
autem ex eis dixerunt In Belzebub principe dae-
moniorum eicit daemonia: 16 et alii temtantes

15 (*principem*).

Codex D.—10 accipet* accipiet** . . . . inveniet. 11 *om.* si. 15 Beelzebud principem.

Codex K.—11 aut piscem (*om.* si). 15 autem ex fariseis . . . Beelzebul principem. (14 ieciens iecisset. 15 iecit.)

rite et inuenietis . pulsate et ap
tur uobis omnis enim qui petit ac
ipiet . et qui quaerit inuenit et pulsan
ti aperietur quem autem patrem ex
uobis petit filius panem numquid la
pidem porrigit ei aut si piscem petierit
numquid pro pisce serpentem porrigit ei .
aut si petierit ouum numquid scopio
nem porrigit ei si ergo uos cum sitis mali
nostis bonos datus dare filiis uestris
quanto magis pater uester de caelo da
bit bonum datum petientibus se .
xxxu ,,, ,,, ,,, ,,, xxxv
et erat cum eiceret daemonium et illud
erat mutum quod cum eicisset illud locu
tus est mutus et omnes mirati sunt eum
quidam autem ex illis dixerunt in bel
zebul principem daemoniorum eicit
daemonia et respondens eis ihs̄ dixit
quomodo potest satanas satanan eicer

---

13 (xxxv. *mutat.*).

signum de caelo quaerebant ab eo. 17 Ipse au-
tem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis Omne
regnum in se ipso divisum desolatur, et domus
supra domum cadet. 18 Si autem et satanas in
se ipsum divisus est, quomodo stabit regnum
ipsius? quia dicitis in Belzebub eicere me dae-
monia. 19 Si autem ego in Belzebub eicio dae-
monia, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi
iudices vestri erunt. 20 Porro si in digito dei
eicio daemonia, profecto praevenit in vos reg-
num dei. 21 Cum fortis armatus custodit atrium
suum, in pace sunt ea quae possidet: 22 si au-
tem fortior illo superveniens vicerit eum, universa
arma eius auferet in quibus confidebat, et spolia
eius distribuet. 23 Qui non est mecum adver-
sum me est, et qui non colligit mecum dispergit.
24 Cum immundus spiritus exierit de homine,

Codex D.—17 in se ipsum . . . . desolabitur. 18 *om.* et . . . *om.* me. 19 erunt vestri. 21 custodiat. 22 aufert.

Codex K.—17 in se ipsum . . . desolabitur. 18 autem satanas satanam iecit . . . . iecere. 21 custodiat. 23 dispersit.

tem . . . signum . . . q
de caelo ipse autem sciens cogit
eorum dixit . omne regnum in s
diuisum desolatur et domus in
domum constituta cadit si et sata
aduersus seipsum diuisus est quon
do stabit regnum eius quia diciti
quoniam in belzebul principem d
moniorum eicio daemonia quod
ego in belzebul eicio fili uestri in q
eiciunt ideo ipsi iudices erunt ue
sed si in digito dī ego eicio daemonia
profecto praeuenit in uos regnum dī
cum fortis armatus custodiat do
mum suam in pace sunt ea quae
possidet . si autem fortior illo super
ueniens uicerit eum uniuersa ar
ma illius auferet in quibus confide
bat et sic spolia eius distribuet . qui
non est mecum contra me est . et qui
non colligit mecum[di]spargit . cum immu

perambulat per loca inaquosa quaerens requiem,
et non inveniens dicit Revertar in domum meam
unde exivi. 25 Et cum venerit, invenit scopis
mundatam: 26 et tunc vadit et adsumit septem
alios spiritus nequiores se, et ingressi habitant
ibi, et sunt novissima hominis illius peiora pri-
oribus.

[36] 27 Factum est autem cum haec diceret,
extollens vocem quaedam mulier de turba dixit
illi Beatus venter qui te portavit, et ubera quae
suxisti. 28 At ille dixit Quippini beati qui au-
diunt verbum dei et custodiunt.

29 Turbis autem concurrentibus coepit dicere
Generatio haec generatio nequam est: signum
quaerit, et signum non dabitur illi nisi signum
Ionae. 30 Nam sicut Ionas fuit signum Nine

Codex D.—26 habitabunt. 27 suxisti* (= *Am.*) suncxisti**.

Codex K.—25 mandatam. 26 habitabunt. 27 suncxisti.
28 immo *pro* quippini.

rit de homine per loc abent aquam perambulat qu locum et non inueniens dicit re ertar in domum meam unde exiui et cum uenerit inueniet eam uacan tem scopis mundatam et ornatam . tunc uadit et adsumpsit secum sep tem alios sp̅s nequiores quam ipse est et intrantes inhabitant illic . et fiunt nouissima hominis illius peiora prio ribus . XXXVI

xxxui ,,, Factum est autem cum haec diceret ih̅s extollens uocem quaedam mulier de turba dixit illi beatus uenter qui te portauit et ubera quae suxisti ad ille dixit ad eos immo beati qui audiunt uerbum dī et custodiunt turbis autem conuenientibus coepit dicere gene ratio haec generatio mala est signum quaerit et signum non dabitur illi nisi gnum ionae profetae . sicut enim iona

---

12 (XXXVI *mutatum*).

vitis, ita erit et filius hominis generationi isti.
31 Regina austri surget in iudicio cum viris ge-
nerationis huius et condemnabit illos, quia venit
a finibus terrae audire sapientiam Salomonis:
et ecce plus Salomone hic. 32 Viri Ninevitae
surgent in iudicio cum generatione hac et con-
demnabunt illam, quia paenitentiam egerunt ad
praedicationem Ionae: et ecce plus Iona hic.
33 Nemo lucernam accendit et in abscondito po-
nit neque sub modio, sed supra candelabrum, ut
qui ingrediuntur lumen videant. 34 Lucerna
corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fue-
rit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si
autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tene-

CODEX D.—30 generatione ista. 31 *om.* et *sec.* 33 absconso.

CODEX K.—32 plus et ecce. 33 absconso.

ominis huic generatio
nas in uentrem coeti . fuit
bus et tribus noctibus sic erit filius h
minis in terra . regina austri sur
in iudicio cum uiris generationis
huius et condemnabit eos quoniam
uenit ex finibus terrae audire sapi
entiam solomonis et ecce plusquā
solomon hic uiri nineuitae surgent
in iudicio cum ista generatione et c
demnabunt eam quia poenitentiam
egerunt . in praedicatione ionae .
ecce plus hic plusquam iona . nemo
lucernam accendit et in absconso
ponit neq . sub modio sed supra can
delabrum ponit ut intrantes lumen
uideant lucerna corporis tui est ocu
lus tuus cum fuerit oculus tuus sim
plex totum corpus tuum lucidum erit .
si autem nequa fuerit totum corpus tu

brosum erit. 35 Vide ergo ne lumen quod in te
est tenebrae sint. 36 Si ergo corpus tuum totum
lucidum fuerit, non habens aliquam partem tene-
brarum, erit lucidum totum et sicut lucerna ful-
goris inluminabit te.

36 [**37**] 37 Et cum loqueretur, rogavit illum
quidam Pharisaeus ut pranderet apud se: et in-
gressus recubuit. 38 Pharisaeus autem coepit
intra se reputans dicere quare non baptizatus
esset ante prandium. 39 Et ait dominus ad
illum Nunc vos Pharisaei quod de foris est cali-
cis et catini mundatis, quod autem intus est ves-
trum plenum est rapina et iniquitate. 40 Stulti,
nonne qui fecit quod de foris est, etiam id quod
de intus est fecit? 41 Verum tamen quod super-
est date elemosynam, et ecce omnia munda sunt
vobis. 42 Sed vae vobis Pharisaeis, quia deci-
matis mentham et rutam et omne olus, et prae-
teritis iudicium et caritatem dei: haec autem
oportuit facere, et illa non omittere. [**38**] 43 Vae

CODEX D.—40 *om.* id* . . . *om.* de *sec.* 41 *om.* et. 42 farisaei (*et* 43) . . . *om.* et rutam.

CODEX K.—36 tuum *pro* totum. 39 vos farisaei vos prius . . . *om.* de. 40 *om.* de *sec.* 42 farisei (*et* 43).

enebrae sunt ipsae tene
unt . XXXVII
, , , , , , , , loquente autem eo
rogauit illum quidam farisaeus ut
pranderet apud eum . ingressus autē
recubuit . farisaeus autem coepit in
tra se cogitans dicere quare non pri
us baptizatus est antequam prande
ret et ait dn̄s ad illum nunc uos fari
ei prius quod deforis est calicis et ca
tini mundatis quod autem intus est ues
trum plenum est rapina et iniquitate ,
stulti nonne qui fecit quod foris est .
et quod ab intus est fecit . uerumta
men quod superest date elemosynam
et ecce sunt munda omnia uobis . sed
uae uobis farisaei qui decimatis men
tam et rutam et omnem holus et praeteri
tis iudicium et caritatem dī haec enim
oportuerat facere et illa non praeter
mittere

---

[17] ('farisaei' *supra rasur.*)

uobis Pharisaeis, qui diligitis primas cathedras
in synagogis et salutationes in foro. 44 Vae
vobis, quia estis ut monumenta quae non parent,
et homines ambulantes supra nesciunt. 45 Re-
spondens autem quidam ex legis peritis ait illi
Magister, haec dicens etiam nobis contumeliam
facis. 46 At ille ait Et vobis legis peritis vae,
quia oneratis homines oneribus quae portari non
possunt, et ipsi uno digito vestro non tangitis
sarcinas. 47 Vae vobis, quia aedificatis monu-
menta prophetarum, patres autem vestri occi-
derunt illos. 48 Profecto testificamini quod
consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam
quidem ipsi eos occiderunt, vos autem aedificatis
eorum sepulchra. 49 Propterea et sapientia dei
dixit Mittam ad illos prophetas et apostolos, et

Codex D.—47 vobis qui. 48 *om.* quod.

Codex K.—*Post* vobis *add.* scribae et farisei chipocritae
. . . . in *pro* ut. 46 possint* . . . . sarcinas ipsas. 47 qui
pro quia.

, , , , , , ,

ae uobis farisaei qui diligi cathedras in synagogis et saluta in foro et primos discubitus in con uae uobis scribae et farisaei quia m numenta estis quae non parent et ho mines ambulantes supra ignorant respondens autem quidam ex legispe ritis ait illi . magister haec dicendo etiam nobis contumeliam facis ad ipse dixit et uobis legisperitis uae qui hone ratis homines honeribus quae non possunt et ipsi uno digito uestro non tangitis sarcinas ipsas . uae uobis qui aedificatis monumenta profe tarum patres uestri occiderunt illos ergo testimonium perhibetis quia co sentitis operibus patrum uestrorum quoniam ipsi ″occiderunt ′quidem eos uos autem aedificatis . ideo et sapien tia dī dixit . et mitto ad illos profeta

ex illis occident et persequentur, 50 ut inquira-
tur sanguis omnium prophetarum qui effusus est
a constitutione mundi a generatione ista, 51 a
sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae,
qui periit inter altare et aedem: ita dico vobis,
requiretur ab hac generatione. 52 Vae vobis
legis peritis, quia tulistis clavem scientiae: ipsi
non introistis, et eos qui introiebant prohibuistis.

53 Cum haec ad illos diceret, coeperunt Phari-
saei et legis periti graviter insistere et os eius
opprimere de multis, 54 insidiantes et quaerentes
capere aliquid ex ore eius ut accusarent eum.

XII. [**39**] 1 Multis autem turbis circumstanti-
bus, ita ut se invicem conculcarent, coepit dicere

Codex D.—52 intrabant.

Codex K.—51 Abel iusti. 52 qui abstulistis. 52 qui intrabunt. 54 insidiantes ei.

ntur ut exquiratur sangu nium profetarum qui effusus est constitutione mundi usq . ad ge nerationem istam a sanguine abel iusti usq . ad sanguinem zachariae qui perit inter altarem et aedem . ita dico uobis exquiretur ex hac generatione Uae uobis legispe ritis qui abstulistis clauem scientiae et ipsi non introistis et eos qui intro ibant prohibuistis , , , , , XXXVIIII xxxuii , , , , , , , , , , , , , , cum haec ad illos diceret coram om ni populo coeperunt farisaei et legis periti moleste ferre et committere cum illo de multis quaerentes occansi onem aliquam inuenire ab illo ut eum accussarent . multis autem tur bis circumstantibus ita ut se inuicem conculcarent . coepit dicere ad

---

12 (*mutatum*).

ad discipulos suos Adtendite a fermento Pharisae-
orum, quod est hypocrisis. 2 Nihil autem opertum
est quod non reveletur, neque absconditum quod
non sciatur: 3 quoniam quae in tenebris dixistis,
in lumine dicentur, et quod in aurem locuti estis
in cubiculis, praedicabitur in tectis, 4 Dico autem
vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occi-
dunt corpus et post haec non habent amplius
quod faciant. 5 Ostendam autem vobis quem
timeatis: timete eum qui postquam occiderit
habet potestatem, mittere in gehennam: ita dico
vobis, hunc timete. 6 Nonne quinque passeres
veniunt dipondio? et unus ex illis non est in
oblivione coram deo. 7 Sed et capilli capitis
vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere:
multis passeribus pluris estis. 8 Dico autem
vobis, omnis quicumque confessus fuerit in me

6 (*veniunt*).

Codex D.—XII. 4 quid faciant. 5 *om.* autem.

Codex K.—XII. 1 quae *pro* quod. 3 quoniam quidem quae. 3 in tenebris audistis . . . in aurem audistis et locuti. 4 quid faciant. 5 *om.* autem.

uobis a fermento farisaeorum est hyppocrisis . nihil est coope quod non reueletur neq . abs sum quod non sciatur quare qua in tenebris dixeritis in luce audientur et quod in aure locuti fueritis in cel lariis praedicabitur supra tectum et in plateis . dico autem uobis amicis meis ne terreamini ab his qui occi dunt corpus et post haec amplius non habent quod faciant . ostendam autem uobis quem timeatis . timete eū qui postquam occiderit habet potes tatem mittere in gehennam dico uo bis hunc timete . nonne quinque passeres uenerunt dupungio et unu ex illis non est in obliuione coram dō sed et capilli capitis uestri omnes nume rati sunt . nolite ergo timere multis passeribus plures estis . dico autem uo

coram hominibus, et filius hominis confitebitur in
illo coram angelis dei: 9 qui autem negaverit
me coram hominibus, denegabitur coram angelis
dei. 10 Et omnis qui dicit verbum in filium ho-
minis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum
sanctum blasphemaverit non remittetur. 11 Cum
autem inducent vos in synagogas et ad magistra-
tus et potestates, nolite solliciti esse qualiter aut
quid respondeatis aut quid dicatis: 12 spiritus
enim sanctus docebit vos in ipsa hora quae opor-
teat dicere.

40 13 Ait autem quidam ei de turba Magister,
dic fratri meo ut dividat mecum hereditatem.
14 At ille dixit ei Homo, quis me constituit iu-
dicem aut divisorem supra vos? 15 Dixitque ad
illos Videte et cavete ab omni avaritia: quia non
in abundantia cuiusquam vita eius est ex his

Codex D.—10 in spiritu sancto.
Codex K.—*Hiat codex a* quinque *usq.* omnia v. 18.

onfe

hominibus et filius hominis fitebitur illum angelis dī , qui utem me abnegauerit coram homi nibus abnegabitur ipse coram an gelis dī . et omnis qui dixerit uerbum in filium hominis per^{e}mittetur ei , qui autem dixerit in sp̄m sc̄m non remitte tur illi cum autem inducant uos in synagogas ad principes et potestates nolite solliciti esse quid respondeatis aut quid dicatis . sp̄s enim sc̄s docebit uos in ipsa hora quae oporteat dicere

x ,,, ,,,, ,,, ,,,,,, XL.

ait autem quidam de turba magister dic fratri meo ut diuidat mecum here ditatem ad ille dixit ei ō homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super uos dixit autem ad illos uide te et cauete ab omni auaritia quia non in abundantia cuiusquam uita

quae possidet. 16 Dixit autem similitudinem
ad illos dicens Hominis cuiusdam divitis uberes
fructus ager attulit: 17 et cogitabat intra se
dicens Quid faciam, quod non habeo quo congre-
gem fructus meos? 18 Et dixit Hoc faciam:
destruam horrea mea et maiora faciam, et illuc
congregabo omnia quae nata sunt mihi et bona
mea, 19 et dicam animae meae Anima, habes
multa bona posita in annos plurimos: requiesce,
comede, bibe, epulare. 20 Dixit autem illi deus
Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te:
quae autem parasti, cuius erunt? 21 Sic est
qui sibi thesaurizat et non est in deum dives.

[**41**] 22 Dixitque ad discipulos suos Ideo dico
vobis, nolite solliciti esse animae quid manduce-
tis, neque corpori quid vestiamini: 23 anima
plus est quam esca, et corpus quam vestimen-
tum. 24 Considerate corvos, quia non seminant
neque metunt, quibus non est cellarium neque

24 (*corbos*).

Codex K.—22 animae vestrae. 23 nonne anima.

din ad illos dicens

uberes fruc

dam diuitis attulit ager gitauit intra se dicens quid facia quod non habeo quo congregem fru tus meos et dixit hoc faciam . destru am horrea mea et maiora faciam et illo congregabo omnia quae nata sunt mihi . et dicam animeae meae habes multa bona in annos multos aepulare , dixit autem illi ds̄ stulte hac nocte animam tuam repetunt a te quae autem parasti cuius erunt sic est qui sibi thensaurizat et non est in dm̄ diues . et dixit ad discipulos suos ideo dico uobis nolite solliciti esse animae quid manducetis nec corpori quid uestiamini anima plu ris est quam esca et corpus plusquam uestimentum . considerate uolatilia caeli quia non seminant neq . metun

horreum, et deus pascit illos: quanto magis vos
pluris estis illis. 25 Quis autem vestrum cogi-
tando potest adicere ad staturam suam cubitum
unum? 26 Si ergo neque quod minimum est
potestis, quid de ceteris solliciti estis? 27 Con-
siderate lilia, quomodo crescunt: non laborant,
non neunt: dico autem vobis, nec Salomon in
omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis.
28 Si autem faenum, quod hodie in agro est et
cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto
magis vos, pusillae fidei. 29 Et vos nolite quae-
rere quid manducetis aut quid bibatis, et nolite
in sublime tolli: 30 haec enim omnia gentes
mundi quaerunt, pater autem vester scit quoniam
his indigetis. 31 Verum tamen quaerite regnum
dei, et haec omnia adicientur vobis. 32 Nolite

27 (*nent***.)

Codex D.—27 (neunt = *Am.*)
Codex K.—27 lilea agri . . . neunt (= *Am.*) 29 extolli.

et ds̄ pascit illa nonn
is passeribus quis autem
rum potest cogitantando adicer
d staturam suam cubitum unum
et de ceteris quid solliciti estis . consi
derate lilia agri quomodo crescunt
non laborant neq . neunt neque
texunt dico uobis quoniam nec
solomon in omni gloria sua uestieba
tur sicut unum ex istis . si autem faenu
quod hodie in agro est et cras in cliba
num mittitur ds̄ sic uestit quanto
magis uos pusillae fidei et uos nolite
quaerere quid manducaetis aut quid
bibatis nolite solliciti esse haec enī
gentes in huius mundi inquirunt .
scit autem pater uester quoniam his
indigetis uerumtamen quaerite
regnum dī et haec omnia adponentur
,,, ,,, ,,, uobis . XLI.

timere, pusillus grex: quia complacuit patri
vestro dare vobis regnum. 33 Vendite quae
possidetis et date elemosynam: facite vobis sac-
culos qui non veterescunt, thesaurum non defi-
cientem in caelis, quo fur non appropiat neque
tinea corrumpit. 34 Ubi enim thesaurus vester
est, ibi et cor vestrum erit. 35 Sint lumbi vestri
praecincti et lucernae ardentes, 36 et vos similes
hominibus expectantibus dominum suum, quando
revertatur a nuptiis, ut cum venerit et pulsaverit
confestim aperiant ei. 37 Beati servi illi, quos
cum venerit dominus invenerit vigilantes: amen
dico vobis quod praecingit se et faciet illos dis-
cumbere et transiens ministrabit illis. 38 Et si
venerit in secunda vigilia et si in tertia vigilia
venerit et ita invenerit, beati servi illi. 39 Hoc

CODEX D.—33 adpropiet. 37 praecinget. 38 *om.* vigilia *sec.**

CODEX K.—35 lucernae vestrae. 37 inveniat . . . praecinget. 38 beati sunt.

timere pusi
onplacuit patri uestro d
regnum uendite quae possidet
et date elemosynam facite uobis
acculos qui non ueterescunt then
aurum indeficientem in caelo ubi fur
non furatur neque tineae consumun
nam ubi est thensaurus uester ibi erit et
cor uestrum . sint autem lumbi uestri
praecincti et lucernae ardentes et uos
similes hominibus expectantibus dn̄m
suum quando redeat de nuptiis ut
cum uenerit et pulsauerit confestim ape
riant ei beati serui illi quos cum uene
rit dn̄s inuenerit uigilantes amen dico
uobis quod praecinget se et iubebit illos
discumbere et transiens ministrabit
illis et si uenerit uespertina uigilia
beati sunt quoniam recumbere faci
et eos et ministrabit eis et si uenerit
secunda uel tertia uigilia et ita inueneri

autem scitote, quoniam si sciret pater familias
qua hora fur veniret, vigilaret utique et non
sineret perfodiri domum suam. 40 Et vos estote
parati, quia qua hora non putatis filius hominis
veniet.

41 Ait autem ei Petrus Domine, ad nos dicis
hanc parabolam, an ad omnes? 42 Dixit autem
dominus Quis putas est fidelis dispensator et
prudens, quem constituet dominus super fami-
liam suam, ut det illis in tempore tritici men-
suram? 43 Beatus ille servus, quem cum venerit
dominus invenerit ita facientem: 44 vere dico
vobis quia supra omnia quae possidet constituet
illum. 45 Quod si dixerit servus ille in corde
suo Moram facit dominus meus venire, et coepe-
rit percutere pueros et ancillas, et edere et bibere
et inebriari, 46 veniet dominus servi illius in die
qua non sperat et hora qua nescit, et dividet eum

39 (*perfodi***).

CODEX D.—39 quia sciret. 41 an et. 42 dominus fide-
lis* . . . constituit . . . supra.

CODEX K.—41 an et. 42 constituit. 43 inveniet. 44 con-
stituet eum.

iret paterfamilias qua hor
nit uigilaret et non sineret pe
diri domum suam et uos estote par
ti quia qua hora non putatis filius
hominis uenturus est . ait autem pe
trus dn̄e ad nos dicis hanc parabo
lam an et ad omnes . et dixit dn̄s qu[i]s
fidelis dispensator et prudens quem
constituet dn̄s supra familiam suam
ut det eis in tempore tritici mensurā
beatus ille seruus quem cum uenerit
dn̄s eius inueneriṭ ita facientem .
uere dico uobis quoniam super omnia
quae possidet ët constituet eum . quod
si dixerit seruus ille in corde suo dicens
moram facit dn̄s meus uenire et
coeperit percutere pueros et ancil
las et edere et bibere et inebriari
ueniet dn̄s serui illius in die qua non
sperat et hora qua nescit et diuidit

partemque eius cum infidelibus ponet. 47 Ille
autem servus qui cognovit voluntatem domini
sui et non praeparavit et non fecit secundum vo-
luntatem eius, vapulabit multis; 48 qui autem
non cognovit et fecit digna plagis, vapulabit
paucis. Omni autem cui multum datum est,
multum quaeretur ab eo; et cui commendave-
runt multum, plus petent ab eo. [**42**] 49 Ignem
veni mittere in terram, et quid volo nisi accenda-
tur. 50 Baptisma autem habeo baptizari, et quo-
modo coarctor usque dum perficiatur. 51 Putatis
quia pacem veni dare in terram? non dico vobis
sed separationem. 52 Erunt enim ex hoc quin-
que in domo una divisi, tres in duo et duo in tres
53 dividentur, pater in filium et filius in patrem
suum, mater in filiam et filia in matrem, socrus
in nurum suam et nurus in socrum suam.

47 (*vapulavit*). 48 *id.*

Codex D.—47 multas (*at* 48 paucis). 48 quaeritur. 49 si accendatur.

Codex K.—47 multa. 48 *Post* fecit *add.* contra voluntatem domini sui . . . queritur. 49 si accendatur. 52 in duos. 53 et filiam in.

nit ille autem seruus qui tatem dn̄i sui et non paruerit ad atem eius uapulabit multis . qui a esciuit et fecit digna plagis uapula bit paucis . omnia autem cui multum datum est multum exquiritur ab eo et cui commodauerunt multum plus repetunt ab illo . , , , , XLII.

xlii , , , , , , ignem ueni mittere in terram et quid uolo si accendatur . baptisma autem habeo baptizari et quomodo turbor usquedum consū metur . putatis quoniam pacem ueni mittere in terram . non dico uobis sed dissensionem erunt enim ex hoc quin que in domo una diuisi . tres in duo et duos super tres diuidetur pater in filio et filius in patrem suum diuidetur mater in filiam et filia in matrem socrus n nurum suam et nurus in socrum suam

---

[14] (xlii *mutat.*)

54 Dicebat autem et ad turbas Cum videritis
nubem orientem ab occasu, statim dicitis Nimbus
venit, et ita fit: 55 et cum austrum flantem, dici-
tis quia [aestus] erit, et fit. 56 Hypocritae, faciem
terrae et caeli nostis probare, hoc autem tempus
quomodo non probatis? 57 Quid autem et a vo-
bis ipsis non iudicatis quid iustum est? 58 Cum
autem vadis cum adversario tuo ad principem, in
via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te
apud iudicem et iudex tradat te exactori et ex-
actor mittat te in carcerem. 59 Dico tibi, non
exies inde donec etiam novissimum minutum
reddas.

XIII. [43] 1 Aderant autem quidam ipso in
tempore nuntiantes illi de Galilaeis quorum san-
guinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

55 (*ventus erit**).

Codex D.—54 ab horiente ab occassu. 57 quod iustum.
Codex K.—54 ab oriente ab occassu. 55 et ita et fit.
57 quod iustum. XIII. 1 in ipso tempora.

turbas cum uid
nubem ab oriente ad occansū
atim dicitis nimbus ueniet et ita fit
et cum austrum flantem dicitis . c
lor erit et ita fit . hyppocritae fac
em caeli et terrae nostis probare . hoc
autem tempus non probatis . quare
ipsis
autem et ex uobis non iudicatis quod
iustum est . dum enim uadis cum aduer
sario tuo ad magistratum in uia da
operam liberari ab eo ne forte con
demnet te apud iudicem et iudex
tradat te exactori et exactor mit
tat te in carcerem . dico tibi non
exies inde donec etiam nouissimum
quadrantem soluas . , , , , XLIII .
xlii , , , , , , , , ,
uenerunt autem quidam in ipso tem
pore nuntiantes illi de galileaeis
quorum sanguinem pilatus miscuit

[17] (*mutatum*).

2 Et respondens dixit illis Putatis quod hi Gali-
laei prae omnibus Galilaeis peccatores fuerunt,
quia talia passi sunt? 3 Non dico vobis, sed
nisi paenitentiam habueritis, omnes similiter pe-
ribitis. 4 Sicut illi decem et octo supra quos
cecidit turris in Siloam et occidit eos, putatis
quia et ipsi debitores fuerunt praeter omnes ho-
mines habitantes in Hierusalem? 5 Non dico
vobis, sed si non paenitentiam egeritis, omnes
similiter peribitis.

6 Dicebat autem hanc similitudinem. Arbo-
rem fici habebat quidam plantatam in vinea sua,
et venit quaerens fructum in illa et non invenit.
7 Dixit autem ad cultorem vineae Ecce anni tres
sunt ex quo venio quaerens fructum in ficulnea
hac et non invenio: succide ergo illam: ut quid
etiam terram occupat? 8 At ille respondens
dixit illi Domine, dimitte illam et hoc anno,
usque dum fodiam circa illam et mittam ster-

CODEX K.—5 *om.* omnes. 7 succede.

xit illis putatis quod illi galilei
ibus galileis peccatores fuer
haec passi sunt non . dico autem
od nisi paenitentiam omnes egeritis .
iliter peribitis . sicut et illi decem et octo
pra quos cecidit turris in siloa et oc
cidit ex eis . putatis quoniam debitores
fuerunt prae omnibus habitantibus in
hierusalem non dico uobis quoniam si
non habueritis paenitentiam . omnes simi
liter peribitis . dicebat autem hanc simi
litudinem arborem ficus habuit quidā
plantatam in uinea sua et uenit quae
rens fructum in ea et non inuenit . di
xit autem ad cultorem uinaeae . ecce ann
tres sunt ex quo uenio quaerens fruc
tum in hac ficu et non inuenio exci
de ergo illam ut quid etiam terram de
tinet ad ille respondens dixit dn̄e re
nque illam in hoc anno usq . dum f
am circa illam et mittam cofinu

cora; 9 et si quidem fecerit fructum: sin autem,
in futurum succides eam.

44 10 Erat autem docens in synagoga eorum
sabbatis. 11 Et ecce mulier quae habebat spiri-
tum infirmitatis annis decem et octo, et erat in-
clinata, nec omnino poterat sursum respicere.
12 Quam cum vidisset Iesus, vocavit ad se et ait
illi Mulier, dimissa es ab infirmitate tua, 13 et
imposuit illi manus: et confestim erecta est, et
glorificabat deum. 14 Respondens autem archi-
synagogus, indignans quia sabbato curasset
Iesus, dicebat turbae Sex dies sunt in quibus
oportet operari: in his ergo venite et curamini,
et non in die sabbati. 15 Respondens autem ad
illum dominus et dixit Hypocritae, unusquisque
vestrum sabbato non solvit bovem suum aut asi-
num a praesepio et ducit adaquare? 16 Hanc
autem filiam Abrahae, quam alligavit satanas
ecce decem et octo annis, non oportuit solvi a
vinculo isto die sabbati? 17 Et cum haec diceret,

Codex D.—XIII. 11 retrorsum respicere. 12 videret. 14 sabbatis . . . quia sex. 15 respondit . . . solvet . . . suam*. 17 *om.* haec.

Codex K.—12 videret . . . vocavit eam. 14 sabbatis . . .

futurum excides eum

, , , , , , , , , , , , , , , XLIIII

at autem docens in synagoga sabbatis
et ecce mulier quae spm̄ habebat infirm
tatis annis x et octo et inclina[ta] nec om
no poterat ī sursum respicere quam cum
uidesset ihs̄ uocauit eam ad se et ait illi
mulier liberatae [ta es] ab infirmitate tua et in
possuit illi manum et continuo erecta est
et magnificabat dn̄m respondens autem
archysynagogus indignans quod sabba
tis curaret ihs̄ dicebat turbis . sex dies
sunt in quibus licet opus fieri in his ergo
uenite et curamini et non die sabbati
respondens autem ad eos dn̄s dixit hyppo
critae unusquisque uestrum sabbato
non soluet bouem suum aut asinum
a praesepio et ducit ad aquam . hanc
autem filiam abrahae quam alligauerat
atanas annis xuiii non oportuit solu
inculo isto die sabbati . et cum hae

---

quia sex. 14 non dies sabbati. 15 respondit . . . solvet. 16 haec.

erubescebant omnes adversarii eius, et omnis
populus gaudebat in universis quae gloriose fie-
bant ab eo.

18 Dicebat ergo Cui simile est regnum dei, et
cui simile esse existimabo illud? 19 Simile est
grano sinapis, quod acceptum homo misit in hor-
tum suum, et crevit et factum est in arborem
magnam, et volucres caeli requieverunt in ramis
eius. 20 Et iterum dixit Cui simile aestimabo
regnum dei? 21 Simile est fermento, quod ac-
ceptum mulier abscondit in farinae sata tria,
donec fermentaretur totum.

45 22 Et ibat per civitates et castella docens
et iter faciens in Hierusalem. 23 Ait autem illi
quidam Domine, si pauci sunt qui salvantur?
Ipse autem dixit ad illos 24 Contendite intrare
per angustam portam: quia multi, dico vobis,
quaerunt intrare et non poterunt. 25 Cum au-
tem intraverit pater familias et clauserit ostium,
et incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes

21 (*et cui simile*).

Codex D.—18 aestimabo. 20 existimabo. 24 potue-
runt*.

Codex K.—19 requierunt. 20 existimabo.

omnis populus gaudebat in pr quae uidebant ab ipso fieri . diceb ui simile est regnum dī et cui simile sse existimabo simile est grano sinapis quod acceptum homo misit in hortum su et creuit et facta est arbor et uolatilia cae habitauerunt sub ramis eius , et iterum dixit cui simile aestimabo regnum dī . et cui simile faciam illud , simile est fermen to quod acceptum mulier abscondit in farinam mensuris tribus donec fermen tetur totum , , , , , XLV.

iii , , , et ibat ihs̄ per ciuitates et castella docens et iter faciens in hie rusalem et ait illi quidam dn̄e si pauci sunt qui salui fiunt . ipse autem dixit ad illos contendite intrare per angus tum ostium quia dico uobis multi quae rent introire et non poterunt , cum autem intrauerit pater familias et cl erit ostium incipietis foris stare

Domine, aperi nobis: et respondens dicet vobis
Nescio vos unde sitis. 26 Tunc incipietis dicere
Manducavimus coram te et bibimus, et in plateis
nostris docuisti. 27 Et dicet vobis Nescio vos
unde sitis: discedite a me omnes operarii iniqui-
tatis. 28 Ibi erit fletus et stridor dentium, cum
videritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes
prophetas introire in regno dei, vos autem ex-
pelli foras. 29 Et venient ab oriente et occidente
et aquilone et austro, et accumbent in regno dei.
30 Et ecce sunt novissimi qui erunt primi, et
sunt primi qui erunt novissimi.

[**46**] 31 In ipsa die accesserunt quidam Phari-
saeorum dicentes illi Exi et vade hinc, quia He-
rodes vult te occidere. 32 Et ait illis Ite dicite
vulpi illi Ecce eicio daemonia et sanitates perfi-
cio hodie et cras, et tertia consummor. 33 Verum
tamen oportet me hodie et cras et sequenti am-
bulare, quia non capit prophetam perire extra

Codex D.—29 *om.* introire . . . ab horiente ab occidente*. 30 erant *bis*.

Codex K.—25 *Post* sitis *add.* recedite a me omnes qui operamini iniquitatem. 27 omnes operamini. 28 *om.* introire. 30 erant *bis*. 31 quidam ad eum . . . exii et tu vade.

respondens dicet uobis nescio u de sitis . tunc incipietis dicere . m ucauimus coram te et bibimus et in lateis nostris docuisti . et dicet uobis nescio uos unde sitis discedite a me omnes qui operamini iniquitatem et ibi erit fletus et stridor dentium . cum ui deritis abraham et isac et iacob et om nes profetas dī introeuntes in regno dī uos autem excludi foras et uenient ab oriente et occidente et aquilone et austro et discumbent in regno di . et ecce sunt nouissimi qui erant et qui sunt primi erunt nouissimi , , , , XLVI , , , xlui , , , , in ipsa autem die accesserunt ad eum quidam ex farisaeis dicentes exi et uade hinc quia herodis uult te occidere et ait illis ite et dicite uulpi illi . ecce eicio daemonia et sanitatis perficio hodie et cras et tertia die’ nsummor ite quia non capit

15 (*mutat.*)

Hierusalem. 34 Hierusalem Hierusalem, quae
occidis prophetas et lapidas eos qui mittuntur
ad te, quoties volui congregare filios tuos, quem-
admodum avis nidum suum sub pennis, et nolu-
isti. 35 Ecce relinquitur vobis domus vestra.
Dico autem vobis quia non videbitis me donec
veniat cum dicetis Benedictus qui venit in no-
mine domini.

XIV. **47** 1 Et factum est cum intraret in do-
mum cuiusdam principis Pharisaeorum sabbato
manducare panem, et ipsi observabant eum.
2 Et ecce homo quidam hydropicus erat ante
illum. 3 Et respondens Iesus dixit ad legis pe-
ritos et Pharisaeos Licet sabbato curare? 4 At
illi tacuerunt: ipse vero apprehensum sanavit ac
dimisit. 5 Et respondens ad illos dixit Cuius
vestrum asinus aut bos in puteum cadet, et non
continuo extrahet illum die sabbati? 6 Et non
poterant ad haec respondere illi.

Codex D.—35 vestra deserta. XIV. 2 eũm̃ illum (*sic*).
3 dicens, si licet. 4 sanavit eum. 5 cadit, extrahit.

Codex K.—35 vestra deserta. XIV. 3 dicens si licet . . .
curare aut non. 4 adpraehensum hominem sanavit eum.
5 cadit . . . extrahit.

salem hierusalem quae occidis p et lapidas eos qui a te missi sunt . qu uolui congregare filios tuos quemad dum gallina pullos suos sub alis suis et uisti ecce relinquetur uobis domus ues tra deserta . dico autem uobis non me uidebitis donec ueniat cum dicetis benedictus qui uenit in nomine dn̄ı

xluii , , , , , , , , , XLVII

et factum est cum intrasset ihs̄ domum cuiusdam principis farisaeorum sabba to manducare panem et ipsi obserua bant eum et ecce homo quidam hydro picus erat ante eum . et respondens ihs̄ ait ad legis peritos et farisaeos si licet sabbato curare aut non ad illi ta cuerunt ad ille adpraehensum eum curauit et dimisit eum et ait ad illos cuius uestrum asinus aut bos in puteū cadet et non continuo extrait illum in d bbati . et non potuerunt ad haec

[5] (*littera* ‘d’ *in* ‘domus’ *e corr.*)

7 Dicebat autem et ad invitatos parabolam,
intendens quomodo primos accubitus eligerent,
dicens ad illos 8 Cum invitatus fueris ad nuptias,
non discumbas in primo loco, ne forte honoratior
te sit invitatus ab eo, 9 et veniens is qui te et
illum vocavit dicat tibi Da huic locum, et tunc
incipias cum rubore novissimum locum tenere.
10 Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in
novissimo loco, ut cum venerit qui te invitavit
dicat tibi Amice, ascende superius: tunc erit tibi
gloria coram simul discumbentibus: 11 quia om-
nis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat
exaltabitur.

12 Dicebat autem et ei qui se invitaverat Cum
facis prandium aut cenam, noli vocare amicos
tuos neque fratres tuos neque cognatos neque
vicinos divites, ne forte et ipsi te reinvitent et
fiat tibi retributio. 13 Sed cum facis convivium,

Codex D.—7 discubitos. 8 cum* *pro* non. 9 *om.* is.
Codex K.—7 discubitus. 9 *om.* is.

dicebat . . tem et a os parabolam intendens quema · um primos discubitos eligebant di ns ad eos . cum inuitatus quis fuerit d nuptias non discumbat in primos ac cubitos ne forte honoratior te sit uo catus et ueniat qui te et ill- uocauit et dicat tibi da huic locum et incipies cum pudore nouissimum locum tenere , sed cum uocatus fueris uade et discumbe in nouissimo loco ut cum uenerit infir mior te uenit autem qui te inuitauit dicat tibi amice accede superius , tunc erit tibi gloria coram omnibus discumbentibus tecum quia omnis qui se exaltauerit humiliabitur , et qi se humiliauerit exaltabitur . dicebat autem et inuitatori cum facis pran dium aut cenam noli uocare amicos eque fratres tuos neque cognatos neque uicinos diuites ne forte et ipsi einuitent te et fiat tibi retributio

7 ('um' *manu rec. supra rasur.*)
13 ('er' *in* 'superius' *supra rasur.*)

voca pauperes debiles claudos caecos, 14 et
beatus eris, quia non habent retribuere tibi:
retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

15 Haec cum audisset quidam de simul dis-
cumbentibus, dixit ei Beatus qui manducabit
panem in regno dei. 16 At ipse dixit ei Homo
quidam fecit cenam magnam et vocavit multos,
17 et misit servum suum hora cenae dicere invi-
tatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia.
18 Et coeperunt simul omnes excusare. Primus
dixit ei Villam emi et necesse habeo exire et
videre illam: rogo te, habe me excusatum.
19 Et alter dixit Iuga boum emi quinque et
eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.
20 Et alius dixit Uxorem duxi et ideo non pos-
sum venire. 21 Et reversus servus nuntiavit
haec domino suo. Tunc iratus pater familias
dixit servo suo Exi cito in plateas et vicos

Codex D.—15 dixit illi. 20 *om.* et *sec.*

Codex K.—15 dixit illi. 17 ad horam caenae. 19 *Post* illa *add.* et ideo venire non possum.

et debiles et clodos tus eris quoniam non habent unde buere tibi , retribuetur autem tibi i surrectione iustorum haec cum au set quidam ex discumbentibus dixit ei beati qui manducant panem in regno et ipse dixit ei . homo quidam fecit ce nam magnam . et uocauit multos et mi sit seruum suum ad horam cenae ut diceret inuitatis uenite quia iam pa rati sunt omnia et coeperunt omnes se simul excusare . primus dixit uillam em et necesse habeo exire et uidere eam rogo te habe me excusatum et alter dixit iuga bouum emi quinque et uado probare illa et ideo uenire non possū et alius dixit uxorem duxi et ideo ueni re non possum . et reuersus seruus re nuntiauit haec dn̄o suo , tunc indigi tunc indigitatus est pater familias dixit seruo suo exi cito in plateas

civitatis, et pauperes ac debiles et caecos et
claudos introduc. 22 Et ait servus Domine,
factum est ut imperasti, et adhuc locus est.
23 Et ait dominus servo Exi in vias et sepes
et compelle intrare, ut impleatur domus mea:
24 dico autem vobis quod nemo virorum illo-
rum qui vocati sunt gustabit cenam meam.

48 25 Ibant autem turbae multae cum eo, et
conversus dixit ad illos 26 Si quis venit ad me
et non odit patrem suum et matrem et uxorem et
filios et fratres et sorores, adhuc autem et ani-
mam suam, non potest meus esse discipulus.
27 Et qui non baiulat crucem suam et venit post
me, non potest meus esse discipulus. 28 Quis
enim ex vobis volens turrem aedificare nonne
prius sedens computat sumptus qui necessarii
sunt, si habet ad perficiendum? 29 ne postea
quam posuerit fundamentum et non poterit per-

27 (*esse meus***). 28 (*non prius***).

Codex D.—21 introduc huc. 22 adhuc locutus est. 25 ad eos. 26 ad animam. 28 non prius. 29 potuerit.

Codex K.—21 introduc huc 23 exii et in . . . *post* intrare *add.* quoscumque inveneris. 24 gustabunt*. 28 non prius . . . sumptus quem*. 29 post quam ea.

et paup
aecos et clodos introduc huc
t seruus factum est dn̄e sicut im
rasti et adhuc locutus est et dixit
dn̄s seruo exi in uias et circa saepes
et coge introire quoscumq . inuene
ris ut repleatur domus mea , dico au
tem uobis quod nemo uirorum illorum
qui uocati sunt gustabunt de cena mea
xluiii ,,, ,,, ,,, XLVIII
ibant autem cum illo turbae multae et con
uersus dixit ad eos si quis uenit ad me
et non odit patrem suum aut matrem
et uxorem et filios et fratres et sorores
adhuc et animam suam non potest meus
discipulus esse et si quis non portat cru
cem suam et uenit post me non poterit me
us discipulus esse quis enim ex uobis
uolens turrem aedificare nonne primū
dens conputat sumptus si habet [quae] neces
ria sunt ad consummandum ne for
um possuerit fundamentum non

---

12 ('u' *in* 'uenit' *super rasur.*)
20 ('quae' *suprascr. manu recentiore.*)

ficere, omnes qui vident incipiant inludere ei
30 dicentes quia hic homo coepit aedificare, et
non potuit consummare. 31 Aut qui rex iturus
committere bellum adversum alium regem non
sedens prius cogitat si possit cum decem milibus
occurrere ei qui cum viginti milibus venit ad se?
32 Alioquin adhuc illo longe agente legationem
mittens rogat ea quae pacis sunt. 33 Sic ergo
omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quae
possidet non potest meus esse discipulus. 34 Bo-
num est sal: si autem sal quoque evanuerit, in
quo condietur? 35 Neque in terram neque in
sterculinum utile est, sed foras mittetur. Qui
habet aures audiendi audiat.

XV. **49** 1 Erant autem appropinquantes ei
publicani et peccatores ut audirent illum. 2 Et
murmurabant Pharisaei et scribae dicentes quia
hic peccatores recipit et manducat cum illis.
3 Et ait ad illos parabolam istam, dicens 4 Quis

Codex D.—31 vingenti. 34 sterculinio. 35 mittitur. XV. 2 quia ipsi.

Codex K.—31 quis rex . . . adversus . . . venit adversum se. 32 longe posito agente. 35 mittitur.

uer . . . . icere
icent inludentes eum
it aedificare et non potuit c
re aut quis rex iturus committe
bellum aduersus alium regem nonne
sedens prius cogitabit si possit eum x mili
bus occurrere ei qui cum xx milibus ue
nit aduersus eum alioquin adhuc eo
longe agente legationem mittit rogans
pacem , si ergo omnis ex uobis qui non re
nuntiauerit omnibus quae possidet
et non potest meus discipulus esse . bo
num est sal si autem [et] sal euanuerit in
quo condetur neq . enim ut in terra
neque in sterculinio utile est sed foris
mittetur qui habet [aures] audiendi audiat
xluiiii ,,, ,,, ,,, XLVIIII
erant autem adpliciti et omnes publica
ni et peccatores ut audirent eum et mur
murabant farisaei et scribae dicentes
quare hic peccatores recipit et conuiu
cum eis . dixit autem ad eos ihs̄

ex vobis homo qui habet centum oves, et si per-
diderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta
novem in deserto et vadit ad illam quae perierat,
donec inveniat illam? 5 Et cum invenerit illam,
inponit in humeros suos gaudens, 6 et veniens
domum convocat amicos et vicinos, dicens illis
Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam
quae perierat. 7 Dico vobis quod ita gaudium
erit in caelo super uno peccatore paenitentiam
habente quam super nonaginta novem iustis qui
non indigent paenitentia. 8 Aut quae mulier
habens dragmas decem, si perdiderit dragmam
unam, nonne accendit lucernam et evertit do-
mum et quaerit diligenter, donec inveniat? 9 Et
cum invenerit, convocat amicas et vicinas dicens
Congratulamini mihi, quia inveni dragmam quam
perdideram. 10 Ita, dico vobis, gaudium erit
coram angelis dei super uno peccatore paeniten-
tiam agente.

Codex D.—4 perierit . . . inveniat eam. 6 gratulamini*. 7 unum peccatorem . . . . habentem . . . . novem istos* . . . . paenitentiam. 8 vertit domum.

Codex K.—XV. 4 quentum oves . . . dimittet . . . perierit. 6 vicinos suos. 7 dico autem . . . unum peccatorem . . . habentem . . . iustos . . . penitentiam. 8 vertit domum suam.

i habet centum ouest et s
it una ex illis non dimittit
ii . in deserto et uadit ad eam quae
errauit donec inueniat eam et cum
nuenerit eam inponet eam super
humeros suos gaudens et ueniens domū
conuocat amicos suos et uicinos dicens
illis congratulamini mihi quod inue
nerim ouem meam quae perierat , dico
uobis quod ita gaudium erit in caelo in
uno peccatore paenitentiam agente ,
quam super lxluiiii iustos qui non egent
paenitentia , aut quae est mulier habens
dragmas decem et si perdiderit unam , non
ne accendit lucernam et scopis mundat
domum et quaerit diligenter donec inue
niat eam et cum inuenerit conuocat
amicas et uicinas dicens congratula
mini mihi quod inuenerim dragmam
quam perdideram . ita dico uobis gau
um erit coram angelis dĪ supra pe

50 11 Ait autem Homo quidam habuit duos
filios. 12 Et dixit adolescentior ex illis patri
Pater, da mihi portionem substantiae quae me
contingit. Et divisit illis substantiam. 13 Et
non post multos dies congregatis omnibus ado-
lescentior illius peregre profectus est in regio-
nem longinquam, et ibi dissipavit substantiam
suam vivendo luxuriose. 14 Et postquam omnia
consummasset, facta est fames valida in regione
illa, et ipse coepit egere: 15 et abiit et adhaesit
uni civium regionis illius, et misit illum in villam
suam ut pasceret porcos. 16 Et cupiebat implere
ventrem suum de siliquis quas porci manduca-
bant; et nemo illi dabat. 17 In se autem rever-
sus dixit Quanti mercennarii patris mei abundant
panibus, ego autem hic fame pereo. 18 Surgam
et ibo ad patrem meum et dicam illi Pater, pec-
cavi in caelum et coram te, 19 et iam non sum
dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de
mercennariis tuis. 20 Et surgens venit ad pa-
trem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit
illum pater ipsius et misericordia motus est, et

Codex D.—13 non potest. 17 conversus. 19 *om.* et.
20 meum suum (*sic*) . . . est illum.

aen
,,, ait autem iterum ihs̄ ho
dam habuit duos filios et dixit il
ulescentior pater da mihi porti
substantiae quae me contingit et d
sit illis substantiam et non post multos
dies congregatis omnibus adulescentio
filius peregre profectus est in regionem
longinquam et ibi dissipauit substanti
am suam uiuendo luxuriosàe et postquā
omnia consumpsit facta est famis ma
gna per regionem illam et coepit egere
et abiit et adhaesit uni ciuibus regionis
illius et misit illum in uillam suam ut pas
ceret porcos et cupiebat implere uen
trem suum de siliquis quas porci man
ducabant et nemo illi dabat in se
autem reuersus dixit quant[i] mercena
rii patris mei abundant panibus . ego
autem hic famis pereo . surgam et ibo
ad patrem meum et dicam ei . pater p
caui in caelum et coram te iam n

[18] ('i' *manu rec.*)

Codex K.—13 loquinquam. 14 consummata esset. 17 conversus . . . quantis. 19 *om.* et. 20 est illum.

accurrens cecidit supra collum eius et osculatus
est eum. 21 Dixitque ei filius Pater, peccavi in
caelum et coram te, iam non sum dignus vocari
filius tuus. 22 Dixit autem pater ad servos suos
Cito proferte stolam primam et induite illum, et
date anulum in manum eius et calciamenta in
pedes, 23 et adducite vitulum saginatum et occi-
dite, et manducemus et epulemur, 24 quia hic
filius meus mortuus erat et revixit, perierat et
inventus est. Et coeperunt epulari. 25 Erat
autem filius eius senior in agro: et cum veniret
et appropinquaret domui, audivit symphoniam et
chorum, 26 et vocavit unum de servis et interro-
gavit quae haec essent. 27 Isque dixit illi Frater

Codex K.—21 *Post* tuus *add.* fac me sicut unum de mercennaris tuis.

i fi

num de mercenariis tuis et sur uenit ad patrem suam cum autem nge adhuc esset uidit illum pater suu et missericordia motus est et adcurrens procidit supra collum eius et oscula tus est eum dixitque ei filius pater peccaui in caelum et coram te iam non sum dignus uocari filius tuus . dixit au tem pater ad seruos suos cito proferte stolam primam et induite eum et da te annulum in manu eius et calciamen ta in pedibus eius et adducite uitulū saginatum et occidite eum et mandu cemus et laetemur quia hic filius meus mortuus erat et reuixit perierat et in uentus est et coeperunt aepulari , erat autem senior filius in agro et cum ueniret adpropiauit domum et audiuit symfoniam et chorum , et uo cauit unum de seruis et interrogauit um quidnam haec essent isque di

tuus venit, et occidit pater tuus vitulum sagina-
tum, quia salvum illum recepit. 28 Indignatus
est autem et nolebat introire. Pater ergo illius
egressus coepit rogare illum. 29 At ille respon-
dens dixit patri suo Ecce tot annis servio tibi et
numquam mandatum tuum praeterii, et num-
quam dedisti mihi haedum ut cum amicis meis
epularer: 30 sed postquam filius tuus hic qui
devoravit substantiam suam cum meretricibus
venit, occidisti illi vitulum saginatum. 31 At
ipse dixit illi Filii, tu semper mecum es, et
omnia mea tua sunt: 32 epulari autem et gau-
dere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat
et revixit, perierat et inventus est.

XVI. **51** 1 Dicebat autem et ad discipulos
suos Homo quidam erat dives qui habebat vili-
cum, et hic diffamatus est apud illum quasi dissi-
passet bona ipsius. 2 Et vocavit illum et ait illi
Quid hoc audio de te? redde rationem vilica-

Codex D.—27 recipit. 29 servitio tibi. 30 *om.* suam. XVI. 1 *om.* et *prius*.

Codex K.—27 recipit. 29 praterivi. 30 substantiam tuam. 31 mecum fuisti et es.

s uitulum illum saginatum qu aluum illum recipit , indignatus autem et noluit introire . pater uero egressus coepit illum rogare . ad ille respondens dixit patri suo ecce quod an ni[s] seruio tibi et numquam praeteriui man datum tuum et non dedisti mihi nec aedū ut cum amicis meis aepularer , sed post quam filius tuus deuorauit substantiam suam cum meretricibus uenit et immolas ti ei uitulum illum saginatum , ad ipse di xit ei fili tu mecum semper fuisti et es et om nia mea tua sunt . aepulari autem te opor tet et gaudere quoniam frater tuus hic mortuus erat et reuixit perierat et inuen

xluiiii ,,, ,,, ,,, LI

dicebat autem ad discipulos suos . homo quidam qui erat diues qui habebat dis pensatorem et hic diffamatus erat apud illum qui dissipasset bona illius et uo auit illum dn̄s eius et ait ei . quid h

---

6 ('s' *m. sec.*) 16 (*mutat.*)

tionis tuae: iam enim non poteris vilicare. 3 Ait
autem vilicus intra se Quid faciam, quia domi-
nus meus auferet a me vilicationem? fodere non
valeo, mendicare erubesco. 4 Scio quid faciam,
ut cum amotus fuero a vilicatione recipiant me
in domos suas. 5 Convocatis itaque singulis
debitoribus domini sui dicebat primo Quantum
debes domino meo? 6 At ille dixit Centum
cados olei. Dixitque illi Accipe cautionem tuam
et sede cito scribe quinquaginta. 7 Deinde alio
dixit Tu vero quantum debes? Qui ait Centum
coros tritici. Ait illi Accipe litteras tuas et
scribe octoginta. 8 Et laudavit dominus vili-
cum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia
filii huius saeculi prudentiores filiis lucis in ge-
neratione sua sunt. 9 Et ego vobis dico, facite
vobis amicos de mamona iniquitatis, ut cum

CODEX D.—5 dicebat proximo.

CODEX K.—XVI. 3 faciem . . . aufert . . . vilicitationem. 6 bados dixitque ille. 8 *Post* fecisset *add.* dixit autem ad discipulos suos dico vobis. 9 dico vobis.

iam enim non potueris disp
ait autem intra se dispensator qu
am quia dn̄s meus aufert a me dis
ensationem . fodere non posso mend
care erubesco cogitaui quid faciam ut
cum amotus fuero a dispensatione re
cipiant me debitores in domus suas , con
uocatis [it]aque singulis debitoribus domi
ni sui , dixit primo quantum debes dn̄o
meo ad ille dixit centum cados olei
dixitque illi accipe litteras tuas et se
dens cito scribe quinquaginta . dein
de alii dixit tu uero quantum debes
dn̄o meo ille respondit centum choros
tritici ait illi accipe litteras tuas et scri
be lxxx . et laudauit dn̄s dispensatorem
iniquitatis quod prudenter fecit , et di
xit ad discipulos suos dico uobis fili huius
saeculi prudentiores sunt quam fili lucis
n hac generatione et ego uobis dico fa
te uobis amicos de mamona iniquita

---

8 (‘it’ *manu rec. litteris minutis*).

defeceritis recipiant vos in aeterna tabernacula.
10 Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis
est, et qui in modico iniquus est, et in maiori ini-
quus est. 11 Si ergo in iniquo mamona fideles
non fuistis, quod verum est quis credit vobis?
12 Et si in alieno fideles non fuistis, quod ves-
trum est quis dabit vobis? **52** 13 Nemo servus
potest duobus dominis servire: aut enim unum
odiet et alterum diliget, aut uni adhaerebit et
alterum contemnet: non potestis deo servire et
mamonae.

14 Audiebant autem omnia haec Pharisaei, qui
erant avari, et deridebant illum. 15 Et ait illis
Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus,
deus autem novit corda vestra: quia quod ho-
minibus altum est, abominatio est ante deum.
16 Lex et prophetae usque ad Iohannem: ex eo
regnum dei evangelizatur et omnis in illud vim
facit. 17 Facilius est autem caelum et terram
praeterire quam de lege unum apicem cadere.

11 (*mamonae*).

Codex D.—9 recipient. 11 *om.* in . . . fidelis non fuisti. 12 *om.* in . . . fidelis non fuisti. 13 condempnet. 14 audiebant haec omnia.

tabernacula . qui fidelis est
in maius fidelis est , et qui in modico
quus est et in maius iniquus est , si ergo
niquo mamona fidelis non fuistis quo
uerum est quis uobis reddet quod si in
alieno fidelis non fuistis quod uestrum
est quis dabit uobis LII
l , , , , nemo seruus potest duobus
dominis seruire aut unum enim odiet
et alterum diliget aut unum patietur et al
terum contemnet non potestis dō seruire
et mamonae . audiebant autem haec om
nia farisaei qui erant cupidissimi et ama
tores pecuniae et deridebant illum . et ait
illis ihs̄ uos estis qui iustificatis uos coram
hominibus ds̄ autem scit corda uestra
quia quod est in hominibus altum abomi
natio est coram dō . lex et profete^{a} usq .
ad iohannem ex quo regnum dī euange
lizatur et omnis in illud uim facit fac
us est autem caelum et terram praeter

Codex K.—11 mamone . . . . vestrum *pro* verum . . . . credet. 12 *om.* est.* 16 et ex eo.

18 Omnis qui dimittit uxorem suam et ducit
alteram moechatur, et qui dimissam a viro ducit
moechatur. **53** 19 Homo quidam erat dives, et
induebatur purpura et bysso, et epulabatur co-
tidie splendide: 20 et erat quidam mendicus
nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius
ulceribus plenus, 21 cupiens saturari de micis
quae cadebant de mensa divitis; sed et canes
veniebant et lingebant ulcera eius. 22 Factum
est autem ut moreretur mendicus et portaretur
ab angelis in sinum Abrahae: mortuus est autem
et dives et sepultus est in inferno. 23 Elevans
autem oculos suos, cum esset in tormentis, vide-
bat Abraham a longe et Lazarum in [sinu] eius,
24 et ipse clamans dixit Pater Abraham, mise-
rere mei et mitte Lazarum ut intingat extremum

23 (*sinum*).

Codex D.—20 sulceribus. 23 *om.* autem.

Codex K.—20 qui lacebat. 22 mendicus Lazarus. 23 *om.* autem.

dimittit uxorem suam
ram duxerit moechatur et qui dimi
am a uiro ducit moechatur , , LIII

, , , , , , , , , , , ,

homo autem quidam erat diues et in
duebatur purpura et byssum et aepula
batur cottidie splendide . et erat
quidam pauperculus nomine eleaza
rus qui iacebat ad ianuam eius ul
ceribus plenus cupiens saturari ex
his quae cadebant de mensa diuitis
sed et canes ueniebant et lingebant
uulnera eius . factum est autem ut
moreretur eleazarus pauper et por
taretur ab angelis in sinu abrahae ,
mortuus est autem et diues et sepultus
est in inferno . eleuans autem oculos
suos cum esset in tormentis uidet abra
ham de longe et eleaziarum in sinum
eius requiescentem et ipse clamans dix
ater abraham misserere mihi et mit

---

[16] (*punct. sic.*)

digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam,
quia crucior in hac flamma. 25 Et dixit illi
Abraham Filii, recordare quia recepisti bona in
vita tua et Lazarus similiter mala: nunc autem
hic consolatur, tu vero cruciaris. 26 Et in his
omnibus inter vos et nos chaos magnum firma-
tum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos
non possint, neque inde huc transmeare. 27 Et
ait Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum
patris mei, 28 habeo enim quinque fratres, ut
testetur illis ne et ipsi veniant in locum hunc tor-
mentorum. 29 Et ait illi Abraham Habent Moy-
sen et prophetas, audiant illos. 30 At ille dixit
Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit
ad eos, paenitentiam agent. 31 Ait autem illi
Si Moysen et prophetas non audiunt, neque si
quis ex mortuis surrexerit credent.

Codex D.—30 et ille.* 31 resurrexerit.
Codex K.—26 possunt. 31 resurrexerit.

aquam et refrigeret lingu
quia crucior iñ häċ in hac flam
dixit illi abraham fili recordare q
recipisti bona in uita tua eleazarus si
autem
liter mala nunc hic consolatur tu uero
cruciaris . et in his omnibus inter nos
et uos chaos magnum firmatum est ut qui
hic ueniunt transire hinc ad uos non
possint neque inde transire hic . et
ait rogo te pater ut mittas eum in domum
patris mei habeo enim quinque fratres
illis
ut nuntiet ne ipsi ueniant in hunc locū
tormentorum , et ait illi abraham habent
moysen et profetas audiant illos . et
ille dixit non patri abraham sed si quis
ex mortuis surrexerit persuadebit eis
ait autem illi abraham si moysen et profe
tas non audiunt nec si quis ex mortuis
surrexerit et ierit ad eos audient eum
ait autem ad discipulos suos , inpossibi
e est ut non ueniant scandala ue

XVII. 1 Et ad discipulos suos ait Inpossibile
est ut non veniant scandala, vae autem illi per
quem veniunt: 2 utilius est illi si lapis molaris
inponatur circa collum eius et proiciatur in
mare, quam ut scandalizet unum de pusillis
istis. **54** 3 Attendite vobis. Si peccaverit fra-
ter tuus, increpa illum, et si paenitentiam egerit,
dimitte illi: 4 et si septies in die peccaverit in
te et septies in die conversus fuerit ad te dicens
Paenitet me, dimitte illi.

5 Et dixerunt apostoli domino Adauge nobis
fidem. 6 Dixit autem dominus Si haberetis
fidem sicut granum sinapis, diceretis huic arbori
moro Eradicare et transplantare in mare, et
oboediret vobis. 7 Quis autem vestrum habens
servum arantem aut pascentem, qui regresso de
agro dicet illi Statim transi recumbe? 8 et non
dicet ei Para quod caenem, et praecinge te et
ministra mihi donec manducem et bibam, et post

Codex D.—XVII. 5 apostoli, domine auge. 6 si habueritis. 7 habet . . . egresso* . . . dicit. 8 dicit.

Codex K.—XVII. 5 apostoli ad Iesum, Domine auge. 6 si habueritis . . . arbori mori. 7 oves pascentem . . . dicit. 8 dicit.

illi ut non nasceretur s molaris alligaretur circa collu us et proiceretur in mare quam ut scandalizaret unum de pussillis istis adtendite uobis , , , , , LIIII lii , , , , , si autem peccauerit in te frater tuus increpa illum et si pae nitentiam habuerit dimitte ei . et si sep ties peccauerit in die in te et septies conuersus fuerit ad te dicens paeni tet me dimittes ei . et dixerunt illi apos toli dn̄e[ad] auge nobis fidem , et dixit illis ihs̄ si habueritis fidem sicut gra num sinapis dicetis huic arbori mo moro eradicare et transplantare in mare et obaudiet uos quis autem uestrum qui habet seruum arantem aut oues pascentem cui regresso de agro numquid dicet continuo tran si discumbe sed dicet ei para mihi quod cenem et praecinge te et ministra mih

---

[12] ('ad' *suprascr. man. rcc.*)

haec tu manducabis et bibes? 9 Numquid gra-
tiam habet servo illi, quia fecit quae sibi impe-
raverat? 10 Non puto. Sic et vos, cum feceritis
omnia quae praecepta sunt vobis, dicite Servi
inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus.

55 11 Et factum est dum iret in Hierusalem,
transiebat per mediam Samariam et Galilaeam.
12 Et cum ingrederetur quoddam castellum, oc-*
currerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a
longe, 13 et levaverunt vocem dicentes Iesu
praeceptor, miserere nostri. 14 Quos ut vidit,
dixit Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum
est dum irent, mundati sunt. 15 Unus autem
ex illis ut vidit quia mundatus est, regressus est
cum magna voce magnificans deum, 16 et ceci-
dit in faciem ante pedes eius gratias agens: et
hic erat Samaritanus. 17 Respondens autem

CODEX D.—9 qui fecit . . . . (*sibi* = *Am.*) 11 transibat. 14 mandati.* 18 redderet et daret.

CODEX K.—11 transibat.

tu manducabis et bibes
get gratias seruo quod fecerit q
ibi praecepta erant non puto . sic
os cum feceritis quae praecepta sunt
uobis dicetis serui inutiles sumus quod
debuimus facere fecimus , , , LV
liii , , , , , , , , ,
et factum est cum iret hierusalem et ip
se transiebat per mediam samariam
et galileam et iericho et introiuit in quod
dam castellum et occurrerunt ei ·x· uiri
leprosi qui steterunt a longe et leua
uerunt uocem dicentes . ihs̄ magister
missere^{re} nostri . quos uidens dixit eis ihs̄
ite et ostendite uos sacerdotibus . et fac
tum est dum uadunt emundati sunt
unus autem ex illis ut uidit quia munda
tus est regressus est cum magna uoce
magnificans dm̄ . et procedit in faciem
ante pedes ipsius gratians agens et
ic erat samaritanus , respondens

Iesus dixit Nonne decem mundati sunt? et no-
vem ubi sunt? 18 Non est inventus qui rediret
et daret gloriam deo nisi hic alienigena? 19 Et
ait illi Surge vade, quia fides tua te salvum fecit.

56 20 Interrogatus autem a Pharisaeis quando
venit regnum dei, respondit eis et dixit Non venit
regnum dei cum observatione, 21 neque dicent
Ecce hic, aut ecce illic: ecce enim regnum dei
intra vos est.

22 Et ait ad discipulos Venient dies quando
desideretis videre unum diem filii hominis, et non
videbitis. 23 Et dicent vobis Ecce hic, ecce illic:
nolite ire, neque sectemini. 24 Nam sicut fulgur
coruscans de sub caelo in ea quae sub caelo sunt
fulget, ita erit filius hominis in die sua. 25 Pri-
mum autem oportet illum multa pati et reprobari
a generatione hac. 26 Et sicut factum est in
diebus Noe, ita erit et in diebus filii hominis;
27 edebant et bibebant, uxores ducebant et da-

26 (*in die filii***).

Codex D.—22 discipulos suos. 26 *om.* et *sec.* 27 dicebant*.

Codex K.—22 discipulos suos. 23 et nolite. 26 *om.* et *sec.* 27 docebant.

inu
reuersus daret honorem dō n
alienigena et ait illi surge et ua
e quia fides tua te saluam fecit
, , ,   , , ,   , , ,   LVI
interrogatus autem ihs̄ a farisaeis quan
do uenit regnum dī respondit illis
et dixit non uenit regnum dī cum ob
seruatione neque dicent ecce hic
aut ecce illic ecce enim regnum dī
intra uos est . dixit autem ad discipulos
suos uenient dies ut desideritis uide
re unum diem fili hominis et non uide
bitis et dicent uobis ecce hic et ecce
illic . nolite exire neque sectemini
nam sicut fulgor coruscans de sub cae
lo sic erit filius hominis in die suo
primum autem oportet eum multa pa
ti et reprobari a generatione hac
et sicut factum est in diebus noe ita
erit in diebus fili hominis . edeban

---

12 (‘desid.’ *corr. ex* ‘disid.’)

bantur ad nuptias, usque in diem qua intravit
Noe in arcam, et venit diluvium et perdidit om-
nes. 28 Similiter sicut factum est in diebus
Loth : edebant et bibebant, emebant et vende-
bant, plantabant et aedificabant : 29 qua die
autem exiit Loth a Sodomis, pluit ignem et sul-
phur de caelo et omnes perdidit. 30 Secundum
haec erit qua die filius hominis revelabitur.
31 In illa hora qui fuerit in tecto et vasa eius in
domo, ne descendat tollere illa, et qui in agro
similiter non redeat retro. 32 Memores estote
uxoris Loth. 33 Quicumque quaesierit animam
suam salvam facere, perdet illam, et quicumque
perdiderit illam, vivificabit eam. 34 Dico vobis,
illa nocte erunt duo in tecto uno, unus adsumetur
et alter relinquetur : 35 duae erunt molentes
in unum, una adsumetur et altera relinquetur :

Codex D.—28 *om.* et *tert.* 29 exivit . . . pluvit. 33 suam salvare. 34 lecto.

Codex K.—29 exivit. 33 suam salvare . . . *ante* vivificabit *add.* propter me. 34 lecto.

u . . in diem qua n arcam et uenit diluuium et perdi mnes similiter sicut factum est in die bus loth . edebant et bibebant emeban et uindebant aedificabant , qua die autem exiit loth a sodomis pluu̇it sulpur et ignem de caelo et omnes perdidit . secun dum haec erunt in die fili hominis qua reuelabitur . in illa hora qui fuerit in tecto et uasa eius in domo non descendat tollere illa et qui fuerit in agro similiter non redeat retro memores estote uxo ris loth . quicumq . autem quaesierit animam suam saluam facere perdet illam . et quicumq . perdiderit eam prop ter me saluabit eam . dico uobis in illa nocte erunt duo in lecto uno . unu adsumetur et alter relinquetur duae erunt molentes in unum una re inquetur et alia adsumetur duo in agro unus adsumetur et alius

---

[5] (*sic*).

duo in agro, unus adsumetur et alter relinque-
tur. 36 Respondentes dicunt illi Ubi, domine?
37 Qui dixit eis Ubicumque fuerit corpus, illuc
congregabuntur aquilae.

XVIII. **57** 1 Dicebat autem et parabolam ad
illos, quoniam oportet semper orare et non defi-
cere, 2 dicens Iudex quidam erat in quadam
civitate, qui deum non timebat et hominem non
reverebatur. 3 Vidua autem quaedam erat in
civitate illa, et veniebat ad eum dicens Vindica
me de adversario meo. 4 Et nolebat per mul-
tum tempus. Post haec autem dixit intra se
Etsi deum non timeo nec hominem revereor,
5 tamen quia molesta est mihi haec vidua, vin-
dicabo illam, ne in novissimo veniens suggillet
me. 6 Ait autem dominus Audite quid iudex ini-
quitatis dicit: 7 deus autem non faciet vindictam
electorum suorum clamantium ad se die ac nocte,
et patientiam habebit in illis? 8 Dico vobis quia
cito faciet vindictam illorum. Verum tamen filius
hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?

7 (*ac se**).

Codex D.—XVIII. 2 verebatur.

quibus ipse di . . ubicum
rit corpus illuc congregabantur aq
, , ,   , , ,   , , ,   LVII
, , , diccebat autem et parabolam ad
illos quoniam oportet semper orare
et non deficere dicens iudex quidam
erat in quadam ciuitate qui dm̄ nō
timebat nec hominem uerebatur
uidua autem erat quaedam in illa ciui
tate et uenit ad eum dicens uindica
me de aduersario meo . ad ille nolebat
defendere eam per multum tempus
post haec autem dixit intra se . si dm̄ nō
timeo et hominem non uereor tamen
quia molesta mihi est haec uidua uin
dicabo illam ne in finem ueniens sugil
let me dixit autem dn̄s audite quid iu
dex iniquitatis dicit . ds̄ autem non
faciet uindictam electorum suorum . cla
antium die ac nocte paenitentiam
abens in illis dico uobis faciet cito

CODEX K.—35 duo erunt in agro . . . alterum. XVIII. 2 verebatur. 3 vindicare de.

58 9 Dixit autem et ad quosdam, qui in se con-
fidebant tamquam iusti et aspernabantur ceteros,
parabolam istam. 10 Duo homines ascenderunt
in templum ut orarent, unus Pharisaeus et alter
publicanus. 11 Pharisaeus stans haec apud se
orabat Deus, gratias ago tibi quia non sum sicut
ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut
etiam hic publicanus: 12 ieiuno bis in sabbato,
decimas do omnium quae possideo. 13 Et publi-
canus a longe stans nolebat nec oculos ad caelum
levare, sed percutiebat pectus suum dicens Deus,
propitius esto mihi peccatori. 14 Dico vobis,
descendit hic iustificatus in domum suam ab illo:
quia omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se
humiliat exaltabitur.

Codex D.—11 sicut et caeteri.

Codex K.—11 sicut et caeteri. 13 mihi homini pecca-
tori. 14 dico itaque vobis . . . *post* illo *add.* magis quam
ille fariseus . . . *om.* et.

is ueniens putatis inue
terra , , , , , , LVII
ii , , , dixit autem ad quosdam
bi confidebant quod essent iusti
nebant ceteros similitudinem hanc
duo homines ascenderunt in templum
ut orarent unus farisaeus et alter pu
plicanus stans autem farisaeus sic
orabat ds̄ gratias ago tibi quia non
sum sicut ceteri . homines . raptores
iniusti adulteri uel etiam sicut hic publi
canus . ieiuno bis in sabbato deci
mas do omnium quae possideo et publi
canus a longe stans nolebat ne^{c} ocu
los ad caelum leuare sed pectus suum
percutiebat dicens ds̄ propitius esto
mihi peccatori . dico uobis quia des
cendit hic publicanus iustificatus in
domum suam magis quam ille farisaeus
quia omnes qui se humiliauerit exalt
tur et qui se exaltauerit humiliab

---

10 (*sic punct.*)

15 Afferebant autem ad illum et infantes ut
eos tangeret: quod cum viderent discipuli, incre-
pabant illos. 16 Iesus autem convocans illos
dixit Sinite pueros venire ad me, et nolite eos
vetare: talium est enim regnum dei. 17 Amen
dico vobis, quicumque non acceperit regnum dei
sicut puer, non intrabit in illud.

[59] 18 Et interrogavit eum quidam princeps
Magister bone, quid faciens vitam aeternam
possidebo? 19 Dixit autem ei Iesus Quid
me dicis bonum? nemo bonus nisi solus deus.
20 Mandata nosti, Non occides, Non moecha-
beris, Non furtum facies, Non falsum testimo-
nium dices, Honora patrem tuum et matrem.
21 Qui ait Haec omnia custodivi a iuventute
mea. 22 Quo audito Iesus ait ei Adhuc unum
tibi deest: omnia quaecumque habes vende et
da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo,

CODEX D.—15 vidissent. 16 eos prohibere. 18 princeps dicens.

CODEX K.—15 vidissent. 16 eos prohibere. 18 princeps dicens. 20 matrem tuam.

tangeret quod cum u
discipuli prohibebant illos . ihs̄
aduocauit illos ad se dicens si
infantes uenire ad me et ne pro
beatis eos talium est enim regnum dī
amen dico uobis quicumque non acce
perit regnum dī sicut infans non intro
ibit in illud interrogauit autem illum qui
dam dicens . LVIIII , , , , , , , , ,
luii magister bonae quid faci
endo uitam aeternam possidebo
ait autem illi ihs̄ quid me dicis bonum
non est bonus nisi unus ds̄ manda
ta nosti non occides non adulterium
committes non furtum facies non
falsum testimonium dices honora pa
trem tuum et matrem et ait ille haec om
nia custodiui a iuuentute mea quo
audito ihs̄ ait adhuc unum tibi deest
mnia quaecumq . habes uende et da
auperibus et habebis theusaurum

et veni sequere me. 23 His ille auditis contris-
tatus est, quia dives erat valde. 24 Videns autem
illum Iesus tristem factum dixit Quam difficile
qui pecunias habent in regnum dei intrabunt:
25 facilius est enim camelum per foramen acus
transire quam divitem intrare in regnum dei.
26 Et dixerunt qui audiebant Et quis potest sal-
vus fieri? 27 Ait illis Quae inpossibilia sunt
apud homines, possibilia sunt apud deum. 28 Ait
autem Petrus Ecce nos dimisimus omnia et secuti
sumus te. 29 Qui dixit eis Amen dico vobis,
nemo est qui reliquit domum aut parentes aut
fratres aut uxorem aut filios propter regnum dei,
30 et non recipiat multo plura in hoc tempore, et
in saeculo venturo vitam aeternam.

60 31 Adsumpsit autem Iesus duodecim et ait
illis Ecce ascendimus Hierosolymam, et consum-

Codex D.—28 demisimus. 30 *om.* in *prius* . . . tempore, in saeculo autem.

Codex K.—28 nos qui dimissimus. 29 relinquit domum suam. 30 tempores in saeculo autem . . . *Post* aeternam *add.* possidebit.

is contristatus est quia
alde . uidens autem illum tristem
dixit ihs̄ quam difficile qui pecun
habent in regnum dī intrabunt . f
lius est autem camelum per foramen a
cus transire quam diuitem in regno dı
intrare . dixerunt autem qui audieban
et quis potest saluus fieri . ait illis ihs̄ quae
npossibilia sunt apud homines possibi
ia sunt apud dm̄ , ait autem petrus
ecce nos relictis rebus nostris secuti
sumus te quid ergo erit nobis quibus
ipse dixit quibus ipse dixit amen dico
uobis nemo est qui relinquat domum
aut parentes aut fratres aut uxorem
aut filios propter regnum dī et non reci
piat septies tantum in hoc tempore
et in saeculo uenturo uitam aeternam
possidebit , , , , · LX , , ,
, , , , , adsumpsit autem ihs̄ xii discip
s et ait ad illos . ecce ascendam

mabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas
de filio homnis: 32 tradetur enim gentibus, et
inludetur et flagellabitur et conspuetur, 33 et
postquam flagellaverint occident eum, et die
tertia resurget. 34 Et ipsi nihil horum intel-
lexerunt, et erat verbum istud absconditum ab
eis, et non intellegebant quae dicebantur.

35 Factum est autem cum appropinquaret Hie-
richo, caecus quidam sedebat secus viam mendi-
cans, 36 et cum audiret turbam praetereuntem,
interrogabat quid hoc esset. 37 Dixerunt autem
ei quod Iesus Nazarenus transiret. 38 Et clama-
vit dicens Iesu filii David, miserere mei. 39 Et
qui praeibant increpabant eum ut taceret: ipse
vero multo magis clamavit Filii David, miserere
mei. 40 Stans autem Iesus iussit illum adduci
ad se: et cum appropinquasset, interrogavit
illum 41 dicens Quid tibi vis faciam? At ille
dixit Domine, ut videam. 42 Et Iesus dixit illi
Respice, fides tua te salvum fecit. 43 Et con-

Codex D.—33 tertia die. 34 istum. 39 clamabat.
Codex K.—39 clamabàt. 40 *om.* et cum.

ta sunt per profetas de minis tradetur enim gentibus detur et flagellatum occident tia die resurget . et illi nihil horum ntellexerunt . erat enim uerbum absco sum ab eis et non intellexerunt quae di cebantur . factum est autum cum ad propinquaret hiericho . quidam caecus sedebat secus uiam mendicans et a diens turbam praetereuntem interro gauit autem quid hoc esset dixerunt au tem illi quoniam ihs̄ nazoreus transit et ille exclamauit dicens ihs̄ fili dauid misserere mihi . qui autem praeteribant increpabant illum ut taceret . ipse uero multo magis clamabat . fili dauid misse rere mihi stans autem ihs̄ iussit illum ad duci ad se . et cum adpropinquasset in terrogauit illum ihs̄ dicens quid uis tibi faciam ad ille dixit dn̄e ut uideam . et espondens ihs̄ dixit illi . respice fides t

festim vidit, et sequebatur illum magnificans
deum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem
deo.

XIX. **61** 1 Et ingressus perambulabat Hie-
richo. 2 Et ecce vir nomine Zaccheus, et hic
erat princeps publicanorum, et ipse dives, 3 et
quaerebat videre Iesum quis esset, et non poterat
prae turba, quia statura pusillus erat. 4 Et prae-
currens ascendit in arborem sycomorum ut vide-
ret illum, quia inde erat transiturus. 5 Et cum
venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum et
dixit ad eum Zacchee, festinans descende, quia
hodie in domo tua oportet me manere. 6 Et
festinans descendit, et excepit illum gaudens.
7 Et cum viderent omnes, murmurabant dicen-
tes quod ad hominem peccatorem divertisset.
8 Stans autem Zaccheus dixit ad dominum Ecce
dimidium bonorum meorum, domine, do paupe-
ribus, et si quid aliquem defraudavi, reddo qua-

Codex D.—XIX. 7 devertisset.

Codex K.—XIX. 2 dives erat. 5 domu. 6 excipit. 7 devertisset.

quebatur eum magnificans
mnes plebs uidens dedit laudem d
iii , , , , , , LXI , , ,
et ingressus perambulabat hiericho
ce uir nomine zaccheus et hic e
princeps publicanorum et ipse diues
erat et quaerebat uidere ihm̄ quis
esset et non poterat prae turba quia
statura pussillus erat et praecurrens
ascendit in arborem sycomorum ut
uideret illum quoniam illuc transiturus
erat . et factum est dum transit ihs̄
respiciens uidit illum et dixit ad illum
zacchee festinans descende quia
hodie in domo tua oportet me mane
re . et festinans descendit excoepit
illum gaudens . et cum uiderent omnes
murmurauerunt quod ad hominem
peccatorem deuertit manere stans
utem zaccheus dixit ad dn̄m̄ ecce d
idium bonorum meorum pauperib

druplum. 9 Ait Iesus ad eum quia hodie salus
domui huic facta est, eo quod et ipse filius sit
Abrahae: 10 venit enim filius hominis quaerere
et salvare quod perierat.

62 11 Haec illis audientibus adiciens dixit pa-
rabolam, eo quod esset prope Hierusalem, et
quia existimarent quod confestim regnum dei
manifestaretur. 12 Dixit ergo Homo quidam
nobilis abiit in regionem longinquam accipere
sibi regnum et reverti. 13 Vocatis autem decem
servis suis, dedit illis decem mnas, et ait ad illos
Negotiamini dum venio. 14 Cives autem eius
oderant illum, et miserunt legationem post illum
dicentes Nolumus hunc regnare super nos. 15 Et
factum est ut rediret accepto regno, et iussit
vocari servos quibus dedit pecuniam, ut sciret
quantum quisque negotiatus esset. 16 Venit

CODEX D.—10 salvum facere. 12 *om.* ergo. 13 minas (*ita semper*). 15 quantum quis.

CODEX K.—9 *om.* et. 10 salvum facere. 12 *om.* ergo. 15 quis *pro* quisque.

do quadruplum ait autem
ihs̄ quoniam hodie domui huic
lus facta est eo quod et ipse sit filius
abrahae uenit enim filius homi
quaerere et saluum facere quod p
erat ,,, LXII ,,, ,,,
ii haec illis audientibus adiciens
dixit similitudinem eo quod esset [prope] hieru
salem et quia existimarent quod con
festim regnum dī manifestaretur . dixit
enim homo quidam erat diues hic ha
bit in regionem longinquam accipe
re regnum et reuerti uocauit ergo ad
se seruos suos et dedit illis decem mi
nas et ait ad illos negotiamini dum
nio ciues autem eius oderant eum
et misserunt legationem post illum dicen
tes nolumus hunc regnare super nos ,
et factum est ut rediret accepto regno
ussit uocari seruos suos quibus de
erat pecuniam ut sciret quemadm

---

[6] ('prope' *m. rec.*)

autem primus dicens Domine, mna tua decem
mnas adquisivit. 17 Et ait illi Euge, bone serve,
quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem ha-
bens supra decem civitates. 18 Et alter venit
dicens Domine, mna tua fecit quinque mnas.
19 Et huic ait Et tu esto supra quinque civitates.
20 Et alter venit dicens Domine, ecce mna tua,
quam habui repositam in sudario: 21 timui enim,
quia homo austerus es, tollis quod non posuisti,
et metis quod non seminasti. 22 Dicit ei De ore
tuo te iudico, serve nequam. Sciebas quod ego
austerus homo sum, tollens quod non posui,
et metens quod non seminavi? 23 et quare
non dedisti pecuniam meam ad mensam? et
ego veniens cum usuris utique exegissem illud.
24 Et adstantibus dixit Auferte ab illo mnam et
date illi qui decem mnas habet. 25 Et dixerunt
ei Domine, habet decem mnas. 26 Dico autem
vobis quia omni habenti dabitur, ab eo autem qui

21 (*austeris***). 22 (*austeris*).

Codex D.—21 enim te . . . . austeris (*et* 22). 26 et hab eo autem.

Codex K.—21 enim te . . . austeris (*et* 22). 26 *Post* dabitur *add.* et habundabit et.

dn̄e mina tua d
t et ait illi euge serue bon
dico fidelis fuisti eris potesta
ns supra decem ciuitates et alius
icens dn̄e mina tua fecit quinq
inas ait et huic et tu esto supra qu
que ciuitates et alter uenit dicens
dn̄e (ecce) mina tua quam habui repossitam
in sudario quia timibam te quod homo
austeris es tollis quod non possuisti et
metis quod non seminasti dicit ei ex
ore tuo te iudico serue infidelis scie
bas quo[d] homo austeris sum tollo quod
non posui et meto quod non seminau
quare ergo non dedisti pecuniam meam
ad mensam et ego cum uenissem cum
usuris eam exegissem et adstantibus dix
auferte ab illo minam et date ei qui d
cem minas habet , et dixerunt dn̄e
habet decem minas , dico autem uobis
mni habenti dabitur ab eo autem

[8] ('ecce' *m. rec.*) [9] (*sic*). [10] (*sic*).
[13] ('d' *erasum* est *et* 'niā' *scriptum*).

non habet, et quod habet auferetur ab eo. 27 Ve-
rum tamen inimicos meos illos, qui noluerunt
me regnare super se, adducite huc et interficite
ante me.

63 28 Et his dictis praecedebat ascendens
Hierosolyma. 29 Et factum est cum appropin-
quasset ad Bethfage et Bethania ad montem qui
vocatur oliveti, misit duos discipulos suos 30 di-
cens Ite in castellum quod contra est, in quod
introeuntes invenietis pullum asinae alligatum,
cui nemo umquam hominum sedit: solvite illum
et adducite. 31 Et si quis vos interrogaverit
Quare solvitis? sic dicetis ei, quia dominus opera
eius desiderat. 32 Abierunt autem qui missi
erant, et invenerunt sicut dixit illis stantem pul-
lum. 33 Solventibus autem illis pullum dixerunt
domini eius ad illos Quid solvitis pullum? 34 At
illi dixerunt quia dominus eum necessarium ha-
bet. 35 Et duxerunt illum ad Iesum, et iactantes
vestimenta sua supra pullum inposuerunt Iesum.

CODEX D.—28 in Hyerusolimam. 29 et Bethfage. 30 in quo. 31 vobis adducite solvitis . . . *om.* ei . . . operam.

CODEX K.—28 in Hierusolymam. 30 contra vos . . . adducite huc. 31 operam.

erum tamen inimicos
luerunt me regnare sup
uc et interficite ante me . et
abiit ascendens in hierosolymis
, , , , , , , , , LXIII , ,
factum est cum adpropinquasset
betfage et bethaniam ad montem qui
uocatur oliuetum misit duos ex discipu
lis dicens ite in castellum quod contra
uos est in quo introeuntes inuenietis
pullum assi^{a}ne alligatum super quem ne
mo hominum sedit soluite illum et ad
ducite et si quis uos interrogauerit qua
re soluitis sic dicetis quoniam dn̄o opus
est , abierunt autem qui mi^{s}si erant
et inuenerunt sicut dixerat illis ihs̄
stantem et soluentibus eis . dixerunt
domini eius ad illos quid soluitis pul
lum ad illi dixerunt dn̄s operam eius
desiderat et adduxerunt illum ad
m et iactauerunt uestimenta sua

---

11 (*sic*). 15 (*sic m. pr.*)

36 Eunte autem illo substernebant vestimenta
sua in via. 37 Et cum appropinquaret iam ad
descensum montis oliveti, coeperunt omnes tur-
bae descendentium gaudentes laudare deum voce
magna super omnibus quas viderant virtutibus,
38 dicentes Benedictus qui venit rex in nomine
domini: pax in caelo et gloria in excelsis. 39 Et
quidam Pharisaeorum de turbis dixerunt ad illum
Magister, increpa discipulos tuos. 40 Quibus
ipse ait Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides
clamabunt.

41 Et ut appropinquavit, videns civitatem flevit
super illam, dicens 42 quia si cognovisses et tu,
et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi;
nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis;
43 quia venient dies in te, et circumdabunt te
inimici tui vallo, et circumdabunt te et coangus-
tabunt te undique, 44 ad terram prosternent te
et filios qui in te sunt, et non relinquent in te

Codex D.—37 turbae dicentium audientes laudare. 42 *om.* et *prius*. 43 *om.* et circumdabunt te *sec.* 44 et ad terram . . . (filios *sine* tuos = *Am.*)

Codex K.—37 = *Am.* 40 tacuerunt. 43 *om.* et circumdabunt te *sec.* 44 et ad terram . . . filios tuos.

autem illo substernebant
a sua in uia et cum adpropiaret ia
descens^{u}am montis olíueti . coepit om
multitudo discipulorum gaudens lau
e dm̄ uoce magna de omnibus factis q
uidebant dicentes . benedictus qui u
nit in nomine dm̄ . benedictus rex isr
hel pax in caelo gloria in excelsis . et
quidam farisaeorum de turba dixerunt
ad illum magister increpa discipulos
tuos quibus ipse dixit dico uobis si isti
tacuerint lapides clamabunt , et cum
adpropiauit uidens ciuitatem fleuit su
per illam dicens quia si cognouisses tu
et quidem in die hac tua quae ad pacem
tibi essent , nunc autem abscondita
sunt ab oculis tuis quia uenient super
te dies et circumdabunt te undique
inimici tui uallo et obsidebunt te und
que et ad terram prosternent te et f
s tuos qui in te sunt et non relinquen

---

3 (*sic m. pr. ut vid.*) 12 ('i' *in* 'tacuerint' *supra* 'u' *eras.*)

lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.

45 Et ingressus in templum coepit eicere vendentes in illo et ementes, 46 dicens illis Scriptum est quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.

47 Et erat docens cotidie in templo. Principes autem sacerdotum et scribae et principes plebis quaerebant illum perdere, 48 et non inveniebant quod facerent illi: omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

XX. **64** 1 Et factum est in una dierum docente illo populum in templo et evangelizante convene-
runt principes sacerdotum et scribae cum seniori-
bus, 2 et aiunt dicentes ad illum Dic nobis, in qua potestate haec facis, aut quis est qui dedit
tibi hanc potestatem? 3 Respondens autem dixit

CODEX D.—47 princeps sacerdotum. 48 quid faceret (quid *super rasur.*)

CODEX K.—43 *Post* lapidem *sec. add.* et venient in te haec universa. 45 *Post* ementes *add.* et mensas nummulariorum effudit, et cathedras vendentium columbas evertit. 48 quid facerent.

non cognoueris tempus
tuae et ingressus in templum
eicere uendentes in illo et e
ntes et mensas nummulariorum
euertit et cathedras uendentium co
lumbas dicens scribtum est domus
mea domus orationis uacabitur , uos
autem fecistis eam spelunca latronum
et erat cottidie docens in templo ,
principes autem sacerdotum et scri
bae et seniores plebis quaerebant illū
perdere et non inueniebant quid fa
cerent ei populus autem omnis suspen
sus erat audiens illum , , , LXIIII
XI , , , , et factum est in una die
rum docente illo populum in templo et
euangelizante conuenerunt princi
pes sacerdotum et scribae cum seniori
bus et aiunt dicentes ad illum dic no
is in qua potestate haec facis aut
uis est qui dedit tibi potestatem han

ad illos Interrogabo vos et ego unum verbum,
respondete mihi: 4 baptismum Iohannis de caelo
erat an ex hominibus? 5 At illi cogitabant inter
se dicentes quia si dixerimus De caelo, dicet
Quare ergo non credidistis ei? 6 si autem dixe-
rimus Ex hominibus, plebs universa lapidabit
nos: certi sunt enim Iohannem prophetam esse.
7 Et responderunt se nescire unde esset. 8 Et
Iesus ait illis Neque ego dico vobis in qua potes-
tate haec facio.

65 9 Coepit autem dicere ad plebem parabo-
lam hanc. Homo plantavit vineam et locavit
eam colonis, et ipse peregre fuit multis tempo-
ribus. 10 Et in tempore misit ad cultores ser-
vum ut de fructu vineae darent illi: qui caesum
dimiserunt eum inanem. 11 Et addidit alterum
servum mittere: illi autem hunc quoque caeden-
tes et afficientes contumelia dimiserunt inanem.

Codex D.—XX. 3 *om.* unum. 9 ea locavit eam.

Codex K.—XX. 3 verbum unum. 5 dicet nobis . . . illi *pro* ei. 9 pergere fuit.

errog
dite mihi
erat an ex hominibus ad illi cogita
ter se dicentes , si dixerimus de ca
dicet nobis quare non credidistis
et si dixerimus ex hominibus plebs
uniuersa lapidabit nos . certi sunt
im iohannem profetam fuisse . et
responderunt se nescire unde esset .
et ihs̄ ait illis nee ego uobis dico in qua
potestate haec facio , , , LXV.
lxu , , , , , , coepit autem dicere
ad plebem hanc parabolam uineam
plantauit homo quidam et locauit eam
cultoribus et ipse peregre multis tem
poribus afuit et quodam tempore
misit ad cultores seruum suum ut de
fructu uineae darent illi . cultores
autem caesum illum dimiserunt uacuu
et addidit alterum mittere seruum
autem et hunc quoque caesum

12 Et addidit tertium mittere: qui et illum vul-
nerantes eicerunt. 13 Dixit autem dominus
vineae Quid faciam? mittam filium meum di-
lectum: forsitan cum hunc viderint verebuntur.
14 Quem cum vidissent coloni, cogitaverunt in
se dicentes Hic est heres: occidamus illum, ut
nostra fiat hereditas. 15 Et eiectum illum extra
vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis domi-
nus vineae? 16 Veniet et perdet colonos istos,
et dabit vineam aliis. Quo audito dixerunt illi
Absit. 17 Ille autem aspiciens eos ait Quid est
ergo hoc quod scriptum est Lapidem quem re-
probaverunt aedificantes, hic factus est in caput
anguli? 18 Omnis qui ceciderit supra illum
lapidem conquassabitur: supra quem autem ce-
ciderit, comminuet illum. 19 Et quaerebant
principes sacerdotum et scribae mittere in illum
manus illa hora, et timuerunt populum: cogno-

12 (*eecerunt*).

CODEX D.—14 inter se.

CODEX K.—13 faciem. 14 inter se. 17 *om.* hoc.

ertium
eiecerunt
dixit autem dns uineae quid faciā
mittam filium meum dilectissimum
hunc forsitan reuerebuntur . uiden
tes autem cultores cogitauerunt
se ad inuicem dicentes hic est heres oc
cidamus illum et nostra erit hereditas
et eiectum illum extra uineam occi
derunt quid ergo faciet illis dn̄s uineae
ueniet et perdet colonos istos et dabit
uineam aliis audientes autem dixe
runt absit ille autem intuens eos .
ait illis quid est ergo quod scribtum
est lapidem quem reprobauerunt
edificantes hic factus est in capud
nguli omnis qui ceciderit super illū
lapidem confringetur . super quem au
em ceciderit contribulabitur et
quaerebant principes sacerdotum et
ribae iniecere in illum manus

veruntenim quod ad ipsos dixerit similitudinem
istam.

66 20 Et observantes miserunt insidiatores qui
se iustos simularent, ut caperent eum in sermone
et traderent illum principatui et potestati praesi-
dis. 21 Et interrogaverunt illum dicentes Ma-
gister, scimus quia recte dicis et doces et non
accipis personam, sed in veritate viam dei doces:
22 licet nobis dare tributum Caesari an non?
23 Considerans autem dolum illorum dixit [ad]
eos Quid me temptatis? 24 Ostendite mihi de-
narium: cuius habet imaginem et inscriptionem?
Respondentes dixerunt Caesaris. 25 Et ait illis
Reddite ergo quae Caesaris sunt Caesari, et quae
dei sunt deo. 26 Et non potuerunt verbum eius
reprehendere coram plebe, et mirati in responsis
eius tacuerunt.

23 (*om.* ad).

Codex D.—22 tributum dare. 23 tempestatis. 26 re- sponso.

Codex K.—24 vel *pro* et. 25 quae Cesari sunt. 26 re- sponso.

enim quod ad
militudinem istam et cum receș
, , , , , , LXVI
et cum recessisserit miserunt suborn
tos qui simularent se iustos esse ut a
praehenderent sermones eius ut trad
rent eum potestati praesidis et interro
gauerunt illum dicentes , magister sci
mus quia recte dicis et bene doces
et non accipis persanam sed in ueritate
uiam dī doces licet nobis dare tribu
tum caesari an non . considerans aute
nequitiam illorum dixit ad illos . qͤid
me temptatis ostendite mihi denariū
cuius habet imaginem et inscribtionem
respondentes dixerunt caesaris . et ait
illis reddite ergo quae sunt caesaris c
sari . et quae ds̄ sunt dō . et non potue
runt uerbum eius repraehendere coram
plebe et mirati in responso eius tacueru
, , , , , , , , , , LXVII

---

[5] ('simul.' *corr. ex* 'sumul.' *m. pr.*)

67 27 Accesserunt autem quidam Sadducaeo-
rum, qui negant esse resurrectionem, et interro-
gaverunt eum 28 dicentes Magister, Moyses
scripsit nobis Si frater alicuius mortuus fuerit
habens uxorem, et hic sine filiis fuerit, ut acci-
piat eam frater eius uxorem et suscitet semen
fratri suo. 29 Septem ergo fratres erant: et
primus accepit uxorem et mortuus est sine filiis:
30 et sequens accepit illam, et ipse mortuus est
sine filio: 31 et tertius accepit illam, similiter et
omnes septem, et non reliquerunt semen et mor-
tui sunt. 32 Novissima omnium mortua est et
mulier. 33 In resurrectione ergo cuius eorum
erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxo-
rem. 34 Et ait illis Iesus Filii saeculi huius
nubunt et traduntur ad nuptias, 35 illi autem
qui digni habebuntur saeculo illo et resurrec-
tione ex mortuis neque nubunt neque ducunt
uxores: 36 neque enim ultra mori poterunt,

36 (*poterint**.)

Codex D.—28 Moyses *sup. rasur.* 29 accipit. 32 (novi-sima) . . . . *om.* et. 33 erit eorum.

Codex K.—29 fratres apud nos . . accipit. 30 accipit (et 31). 32 novisima autem. 33 erit eorum. 34 *Post* huius

dicunt resurrectionem
et interrogauerunt illum dicen
magister moyses scribsit nobis
cuius frater mortuus fuerit habens
xorem et hic sine filiis fuerit ut accip
at illam frater illius uxorem et suscitet
semen fratri suo . septem ergo fratres
erant et primus accepit uxorem et de
functus est sine filiis et sequens ac
cepit cam . et ipse defunctus est sine
filiis et tertius accepit illam similiter
et omnes septem non reliquerunt
filios et mortui sunt . nouissime
autem et mortua est mulier illa , in
resurrectione ergo cuius erit uxor
septem enim habuerunt illam uxorem
et ait illis ihs̄ fili huius saeculi nascun
tur et generant nubunt et nubun
tur qui autem digni sunt in illo saeculo
obtinere resurrectionem ex mortu
eq . nubunt neq . nubuntur , neq

---

add. generantur et generant. *Post* nubunt *add.* et nubuntur . . . ducuntur *pro* traduntur. 35 illi vero.

aequales enim angelis sunt, et filii sunt dei cum
sint filii resurrectionis. 37 Quia vero resurgant
mortui, et Moyses ostendit secus rubum, sicut
dicit dominum deum Abraham et deum Isaac et
deum Iacob: 38 deus autem non est mortuo-
rum sed vivorum: omnes enim vivunt ei. 39 Re-
spondentes autem quidam scribarum dixerunt
Magister, bene dixisti. 40 Et amplius non
audebant eum quicquam interrogare.

41 Dixit autem ad illos Quomodo dicunt
Christum filium David esse, 42 et ipse David
dicit in libro psalmorum Dixit dominus domino
meo Sede a dextris meis 43 donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum? 44 Da-
vid ergo dominum illum vocat, et quomodo filius
eius est?

45 Audiente autem omni populo dixit disci-
pulis suis 46 Attendite a scribis, qui volunt am-
bulare in stolis et amant salutationes in foro et
primas cathedras in synagogis et primos discubi-

Codex K.—37 vere *pro* vero . . . *Post* dicit *add.* vidit in rubo.

gelis sunt qui resurre
unt quoniam uero resurgent
uis et moyses ostendit sicut et d
uidi in rubo dn̄m̄ dm̄ Abraham et dm̄
isac et dm̄ iacob ds̄ autem mortuo
rum non est sed uiuorum omnes en
illi uiuunt , respondentes autem qu
dam farisaeorum dixerunt magister
bene dixisti et amplius non sunt ausi
quicquam interrogare eum . dixit
dicunt
autem ad eos quomodo χp̄m̄ filium da
uid esse et ipse dauid dicit in libro
psalmorum dixit dns dn̄o meo sede
ad dextris meis donec ponam inimi
cos tuos sub pedibus tuis . dauid ergo
dn̄m̄ illum uocat et quomodo filius es
xu , , , , , , LXVIII
audiente autem omni populo dixit
d discipulos suos adtendite a scr
qui uolunt ambulare in stolis et
ant salutationes in ſoro et prim

tus in conviviis, 47 qui devorant domos vidua-
rum simulantes longam orationem: hi accipient
damnationem maiorem.

XXI. [68] 1 Respiciens autem vidit eos qui
mittebant munera sua in gazophylacium divites.
2 vidit autem et quandam viduam pauperculam
mittentem aera minuta duo, 3 et dixit Vere
dico vobis quia vidua haec pauper plus quam
omnes misit. 4 Nam omnes hi ex abundanti
sibi miserunt in munera dei: haec autem ex eo
quod deest illi, omnem victum suum quem habuit
misit.

69 5 Et quibusdam dicentibus de templo, quod
lapidibus bonis et donis ornatum esset, dixit
6 Haec quae videtis, venient dies in quibus non
relinquetur lapis super lapidem qui non destru-
atur. 7 Interrogaverunt autem illum dicentes
Praeceptor, quando haec erunt, et quod signum

4 (*abundantia**.)

Codex D.—47 domus.

Codex K.—47 domus . . . accipiant. XXI. 3 *Post* misit *add.* in domum dei. 4 dum haec autem. 5 dixitque . . . 6 *om.* quae . . . *Post* lapidem *add.* hic in pariete.

in conuiuiis qui de
t domos uiduarum occansion
a adorantes hii accipient damn
onem maiorem , respiciens autem ui
dit mittentes dona sua in gazofila
ium diuites . et uidit quandam pa
erculam mittentem aera m^{i}ėnuta
duo , et dixit uere dico uobis . uid
ua haec paupercula plus omnibus mi
sit . nam omnes ex eo quod habunda
bat illis miserunt in munera dı haec
autem de inopia sua omnem uictum suū
quem habuit misit LXVIIII
XVII et quibusdam dicen
tibus de templo quod lapidibus bonis
et donis ornatum esse dixit , haec
quae uidetis uenient dies in quibus
non relinquetur lapis super lapidem
hic in pariete qui non destruatur
nterrogauerunt autem illum dicen
es praeceptor quando haec eru

---

14 (*mutat. in* [l]xvi.)

cum fieri incipient? 8 Qui dixit Videte ne sedu-
camini: multi enim venient in nomine meo, di-
centes quia ego sum et tempus appropinquavit:
nolite ergo ire post illos. 9 Cum autem audie-
ritis proelia et seditiones, nolite terreri: oportet
primum haec fieri, sed non statim finis. 10 Tunc
dicebat illis Surget gens contra gentem et reg-
num adversus regnum, 11 terrae motus magni
erunt per loca et pestilentiae et fames, terrores-
que de caelo et signa magna erunt. 12 Sed ante
haec omnia inicient vobis manus suas et perse-
quentur, tradentes in synagogas et custodias,
tradentes ad reges et ad praesides, propter no-
men meum. 13 Continget autem vobis in testi-
monium. 14 Ponite ergo in cordibus vestris non
praemeditari quemadmodum respondeatis: 15 ego
enim dabo vobis os et sapientiam, cui non po-
terint resistere et contradicere omnes adver-
sarii vestri. 16 Trademini autem a parentibus

Codex D.—XXI. 8 quoniam ego. 10 adversum. 11 terrimotus. 12 in vobis . . . tradentes *bis* (= *Am.*) . . . synagogis . . . *om.* et* . . . *om.* ad *sec.* 15 enim aūtem . . . *om.* et *prius** . . . poterunt.

Codex K.—8 quoniam ego sum Christus. 9 oportet enim. 10 in illis* . . . *Post* illis *add.* in illis diebus . . . adversum.

dixit uidete ne seducam
enim uenient in nomine meo
es ego sum χp̄s et tempus propi
it nolite ergo ire post illos . c
tem audieritis bella et seditio
n . lite terreri oportet enim haec fie
primum sed non statim finis in illis .
exsurget enim gens contra gentem et
regnum aduersus regnum ac terrae
motus magni erunt per loca et pestilen
tia et fames erunt terroresquae de
caelo et signa magna erunt et tempesta
tes sed ante haec omnia inicient in uos
manus suas et persequentur tradentes
in synagogis et custodias ducentes ad
reges et praesides propter nomen meum
contingent enim haec in testimonium
uobis ponite ergo in cordibus uestris
non cogitare quomodo respondeati
[im] dabo uobis ōs et sapientiam cui non p
unt resistere omnes aduersarii

---

11 et terri motus . . . *fin. add.* et tempestates. 12 in vobis . . . persequentur omnes vos . . . trahentes *pro* tradentes *sec.* 15 poterunt.

et fratribus et cognatis et amicis, et morte
afficient ex vobis; 17 et eritis odio omni-
bus propter nomen meum. 18 Et capillus de
capite vestro non peribit: 19 et in patientia
vestra possidebitis animas vestras. **70** 20 Cum
autem videritis circumdari ab exercitu Hierusa-
lem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio
eius. 21 Tunc qui in Iudaea sunt fugiant in
montes, et qui in medio eius discedant, et qui
in regionibus non intrent in eam, 22 quia
dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quae
scripta sunt. 23 Vae autem praegnantibus et
nutrientibus in illis diebus: erit enim pressura
magna supra terram et ira populo huic, 24 et
cadent in ore gladii et captivi ducentur in om-
nes gentes, et Hierusalem calcabitur a gentibus,
donec impleantur tempora nationum. 25 Et

CODEX D.—18, 19 *om.* de capite *usq.* patientia.* 21 discendant.

CODEX K.—17 omnibus hominibus. 19 *om.* et. 21 discendant.

cognatis et ab amicis et
ficient ex uobis et eritis odio o
s hominibus propter nomen meum
apillus de capite uestro non praeter
t . in uestra patientia adquiret
nimas uestras , , , , , , , LXX
, , , , cum autem uideritis circum
dari ab exercitu hierusalem tunc scito
te quod adpropiauit desolatio eius
tunc qui in iudea sunt fugiant in mon
tes . et qui fuerint in medio eius dis
cendant et qui in regionibus eius
non intrent in eam quia dies ultiones
hii sunt ut adimpleantur omnia quae
scribta sunt . uae pregnantibus et nutri
entibus in illis diebus . erit enim ne
essitas magna super terram et ira
pulo huic et cadent in ore gladii
et in captiuitatem ducentur in omnibu
entibus et hierusalem conculcabitu
entibus usque dum impleantur

erunt signa in sole et luna et in stellis, et in
terris pressura gentium prae confusione sonitus
maris et fluctuum, 26 arescentibus hominibus
prae timore et expectatione quae supervenient
universo orbi: nam virtutes caelorum movebun-
tur. 27 Et tunc videbunt filium hominis venien-
tem in nube cum potestate magna et maiestate.
28 His autem fieri incipientibus respicite et
levate capita vestra, quoniam appropinquat re-
demptio vestra. 29 Et dixit illis similitudinem.
Videte ficulneam et omnes arbores: 30 cum
producunt iam ex se fructum, scitis quoniam
prope est aestas: 31 ita et vos cum videritis
haec fieri, scitote quoniam prope est regnum dei.
32 Amen dico vobis quia non praeteribit gene-
ratio haec donec omnia fiant. 33 Caelum et
terra transibunt, verba autem mea non transient.

Codex D.—25 et stellis . . . et maris. 33 (transibunt . . . transient = *Am.*).

Codex K.—25 et stellis . . . *post* terris *add.* et . . . sonitus et maris. 31 haec omnia.

a et stell .... in terris
ntium prae confusione soni
is et fluctuum arescentibus
nibus prae timore et expectat
eorum quae superuenient uniuer
orbi uirtutes enim caelorum commo
uebuntur [h. d.] . cum autem haec fieri inci
pient erigite uos et alleuate capita
uestra quoniam adpropiauit redem
ptio uestra et dixit illis similitudinem
uidete ficulneam et omnes arbore
cum producunt ex se folia scitis
quoniam prope est aestas sic et uos
cum uideritis haec omnia fieri . sci
tote quod prope est regnum dī . amen
amen dico uobis quia non praeter
bit generatio haec donec omnia
fiant caelum et terra transiet . uer
ba autem mea non praeteribuut
et tunc uidebunt filiū hominis ueni
in nubib cum uirtute magna et po

[7] (*i.e.* 'hic desunt,' *vide infra.*)

34 Adtendite autem vobis ne forte graventur
corda vestra in crapula et ebrietate et curis huius
vitae, et superveniat in vos repentina dies illa:
35 tamquam laqueus enim superveniet in omnes
qui sedent super faciem omnis terrae. 36 Vigi-
late itaque omni tempore orantes ut digni habea-
mini fugere omnia quae futura sunt et stare ante
filium hominis.

[71] 37 Erat autem diebus docens in templo,
noctibus vero exiens morabatur in monte qui
vocatur oliveti. 38 Et omnis populus manicabat
ad eum in templo audire eum.

XXII. 1 Appropinquabat autem dies festus
azymorum qui dicitur pascha, 2 et quaere-
bant principes sacerdotes et scribae quomodo
eum interficerent; timebant vero plebem.

3 Intravit autem satanas in Iudam qui voca-
tur Scarioth, unum de duodecim: 4 et abiit et

Codex D.—35 faciem orbis terrae. 36 ista omnia. XXII. 3 qui cognominabatur.

Codex K.—35 faciem orbis terrae. 36 ista omnia. 37 in diebus. XXII. 3 qui cognominabatur.

estr . . . n c . . pula
et in cogitationibus saecularib
perueniat in uos repentinus d
tamquam laqueus enim superue
et super omnes sedentes supra faciē
uniuersae terrae , uigilate itaque in
omni tempore orantes ut digni habe
amini fugere omnia ista quae futu
ra sunt et stetis ante filium hominis
lxxi · , , , , , , LXXI
erat autem in diebus illis docens in
templo noctibus autem exiens requi
escebat in monte olIueti et omnis
populus ante lucem ueniebat ad
eum in templum ut audiret eum .
dpropiauit autem dies festus azimo
rum qui dicitur pascha et quaerebant
principes sacerdotum et scribae
quomodo eum interficerent . time
ant enim plebem intrauit autem
tanas in iudam qui cognominat

---

11 (lxxi. *mutat. in* lxviii. *ut vid.*)
15 (*litterae* 'e' *et* 'l' *in* 'ante lucem' *super rasur.*)

locutus est cum principibus sacerdotum et magis-
tratibus quemadmodum illum traderet eis. 5 Et
gavisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare:
6 et spopondit, et quaerebat oportunitatem ut
traderet illum sine turbis.

72 7 Venit autem dies azymorum, in qua ne-
cesse erat occidi pascha: 8 et misit Petrum et
Iohannem dicens Euntes parate nobis pascha ut
manducemus. 9 At illi dixerunt Ubi vis pare-
mus? 10 Et dixit ad eos Ecce introeuntibus
vobis in civitatem occurrit vobis homo ampho-
ram aquae portans: sequimini eum in domum in
qua intrat. 11 et dicetis patri familias domus
Dicet tibi magister Ubi est diversorium ubi pas-
cha cum discipulis meis manducem? 12 Et
ipse vobis ostendet caenaculum magnum stra-
tum, et ibi parate. 13 Euntes autem invenerunt
sicut dixit illis, et paraverunt pascha.

Codex D.—10 occurret . . . in quam. 11 dicit.

Codex K.—5 *Post* gavisi sunt *add.* et pulliciti sunt . . . darent *pro* dare. 7 dies festus. 10 occurret. 10 sequemini . . . in quam introerat. 11 dicit. 12 ostenderet.

decim
um principibus sacerdotum
bis quemadmodum traderet
gauisi sunt et polliciti sunt pecuni
illi dare et spopondit eis et quaer
ōportunitatem ut traderet eum il
sine turba . LXXII ,,, ,,, ,,
lxx ,,, ,, uenit autem dies paschae
in quo oportebat immolari pascha
et misit petrum et iohannem dicens
euntes parate nobis pascha ut man
ducemus ad illi dixerunt ubi uis pa
remus et dixit ad illos ecce intranti
bus uobis in ciuitate occurret uobis
homo amforam aquae portans seque
mini eum in domum in quam intraue
rit et dicetis patrifamilias dicit tibi
magister ubi est hospitium ubi pascham
cum discipulis meis manducem . et ipse
ori
ostendit uobis in superibus locum ma
num stratum ibi parate . euntes a

---

20 ('ori' *m. sec.*)

14 Et cum facta esset hora, discubuit et duo-
decim apostoli cum eo. 15 Et ait illis Desiderio
desideravi hoc pascha manducare vobiscum ante
quam patiar: 16 dico enim vobis quia ex hoc
non manducabo illud donec impleatur in regno
dei. 17 Et accepto calice gratias egit et dixit
Accipite et dividite inter vos: 18 dico enim
vobis quod non bibam de generatione vitis donec
regnum dei veniat. 19 Et accepto pane gratias
egit et fregit et dedit eis dicens Hoc est corpus
meum quod pro vobis datur: hoc facite in meam
commemorationem. 20 Similiter et calicem post-
quam caenavit, dicens Hic est calix novum testa-
mentum in sanguine meo, quod pro vobis funde-
tur. 21 Verum tamen ecce manus tradentis me
mecum est in mensa, 22 Et quidem filius homi-
nis secundum quod definitum est vadit, verum

Codex D.—17 *om.* et dixit*. 19 *om.* et *sec.* . . . commorationem.

Codex K.—19 fregit dedit. 20 effundetur.

pascha et cum hora
discubuit et apostoli cum illo
t illis desiderio cupiui hoc pascha
anducare uobiscum antequam pa
ar dico enim uobis iam non man
ducabo hoc donec impleatur in re
gno dī . et accepto calice gratias egit
et dixit accipite calicem et diuidite
inter uos , dico enim uobis quoniam
a modo non bibam de generatione
uitis usq . dum regnum dī ueniat , et
accepto pane gratias egit et fregit
et dedit illis dicens . hoc est corpus meū
quod pro uobis tradetur . hoc faci
te in meam commemorationem . et ca
licem similiter post cenam dicens . hic
calix est noui testamenti in meo san
guine qui pro uobis effundetur
uerum tamen ecce manus eius qui
me traditurus est mecum est in men
a et filius quidem hominis tradetu

tamen vae illi homini per quem tradetur. 23 Et
ipsi coeperunt quaerere inter se quis esset ex eis
qui hoc facturus esset.

73 24 Facta est autem et contentio inter eos,
quis eorum videretur esse maior. 25 Dixit autem
eis Reges gentium dominantur eorum, et qui
potestatem habent super eos benefici vocantur :
26 vos autem non sic sed qui maior est in vobis
fiat sicut iunior, et qui praecessor est sicut minis-
trator. 27 Nam quis maior est, qui recumbit an
qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego au-
tem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.
28 Vos autem estis qui permansistis mecum in
temptationibus meis : 29 Et ego dispono vobis,
sicut disposuit mihi pater meus regnum, 30 ut
edatis et bibatis super mensam meam in regno,

CODEX D.—22 traditur. 24 *om.* et. 27 aut *pro* an.

CODEX K.—24 *om.* et . . . videtur. 26 iunior *pro* minor. 27 aut *pro* an . . . *Post* ministrat *add.* in gentibus . . . *Post* recumbit *sec. add.* in vobis autem non sic sed qui ministrat. 30 regno meo.

t . . en uae illi
quem tradetur . et ipsi
bant inter se quis esset ex
oc facturus esset ,,, LXXIII
,,, ,,, facta est autem con
tio inter eos quis eorum uidetur
esse maior dixit autem illis reges
gentium dominantur eorum et qui
potestate^{s} habent benigni uocan
tur uos autem non sic sed qui mai
or est uestrum fiat sicut iuuenis . et
qui princeps est fiat sicut minister
quis enim maior est qui discumbit
aut qui ministrat in gentibus quidē
qui discumbit in uobis autem non sic
sed qui ministrat , ego autem sum in
medio uestrum sicut ministrans . uos
autem estis permanentes mecum in tē
ptationibus meis et ego dispono uo
bis sicut dispossuit mihi pater meus
regnum ut edatis et bibatis in mensa

et sedeatis super thronos iudicantes duodecim
tribus Israhel. **74** 31 Ait autem dominus Simon
Simon, ecce satanas expetivit vos ut cribraret
sicut triticum. 32 ego autem rogavi pro te ut
non deficiat fides tua et tu aliquando conversus
confirma fratres tuos. 33 Qui dixit ei Domine,
tecum paratus sum et in carcerem et in mortem
ire. 34 Et ille dixit Dico tibi, Petre, non can-
tabit hodie gallus donec ter abneges nosse me.

Et dixit eis 35 Quando misi vos sine sacculo
et pera et calciamentis, numquid aliquid defuit
vobis? 36 At illi dixerunt Nihil. Dixit ergo
eis Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter
et peram, et qui non habet vendat tunicam suam
et emat gladium. 37 Dico autem vobis quoniam
adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in
me, Et quod cum iniustis deputatus est. Etenim

Codex D.—30 (*om.* meo = *Am.*) . . . throno. 31 expetiit. 34 (et = *Am.*). 37 dicio enim . . . (quod = *Am.*).

Codex K.—31 Simoni Simon . . . expetit. 32 *Post* tuos *add.* et rogate ne intretis in temptationem. 34 (et = *Am.*) . . . *Post* ter *add.* me. 36 *Post* habet *sec. add.* gladium. 37 dico enim.

de . . . sedis iud . c . . te odecim tribus israhel . , , ,

, , , , , , LXXIIII

ixit autem dns̄ simoni ecce satanas expetiuit ut uos uentilet sicut triticū ego autem rogaui pro te ut non defi ciat fides tua . et tu aliquando con uertere et confortare fratres tuos

sque dixit dn̄e tecum sum paratus sū n carcerem et ad mortem ire . ad ipse dixit dico tibi petre non cantabit ho die gallus donec ter te abneges nosse me et dixit illis quando misi uos sine sacculo et pera et calciamentis . num quid aliquid defuit uobis . et respon derunt nihil . et dixit ergo nunc qui habet sacculum tollat similiter et perā et qui non habet uendat uestimentum suum et emat gladium* dico enim uobis quoniam hoc quod scribtum est ortet consummari in me quod cum

19 (* *rasura.*)

ea quae sunt de me finem habent. 38 At illi
dixerunt Domine, ecce gladii duo hic At ille
dixit eis Sat est.

75 39 Et egressus ibat secundum consuetu-
dinem in montem olivarum: secuti sunt autem
illum et discipuli. 40 Et cum pervenisset ad
locum, dixit illis Orate ne intretis in tempta-
tionem. 41 Et ipse avulsus est ab eis quantum
iactus est lapidis, et positis genibus orabat
42 dicens Pater, si vis, transfer calicem istum a
me: verum tamen non mea voluntas sed tua fiat.
43 Apparuit autem illi angelus de caelo confor-
tans eum. Et factus est in agonia et prolixius
orabat. 44 Et factus est sudor eius sicut guttae
sanguinis decurrentis in terram. 45 Et cum sur-
rexisset ab oratione et venisset ad discipulos
suos, invenit eos dormientes prae tristitia, 46 et
ait illis Quid dormitis? surgite, orate ne intretis
in temptationem.

Codex D.—42 calicem hunc. 43 (= *Am.*). 45 invenit illos. 46 et orate.

Codex K.—38 satis. 39 ingressus. 41 iactatus. 42 calicem hunc. 43 (= *Am.*). 46 dormientis . . . et orate.

erunt dn̄e ecce gladii d
ixit sufficit LXX
,,, ,,, et exiens abiit secu
etudinem suam in montem o
secuti sunt autem illum et discip
eius et cum uenissent ad locum d
xit eis . orate ne intretis in temptatio
nem . et ipse discessit ab eis quantum
iactus lapidis , et possitis genibus ora
bat dicens . pater si uis transfers
calicem hunc a me , uerumtamen non
mea uoluntas sed tua fiat , apparuit
autem illi angelus de caelo . confortans
eum et factus est in agoniam et prolix
us orabat et factus est sudor eius sicu
guttae sanguinis decurrentis in terrā
et surgens ab oratione uenit ad dis
cipulos suos et inuenit eos dormiente
prae tristitia et ait illis quid dormitis
surgite orate ne intretis in temptatio

76 47 Adhuc eo loquente, ecce turba, et qui
vocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat
eos, et appropinquavit Iesu ut oscularetur eum.
48 Iesus autem dixit ei Iuda, osculo filium ho-
minis tradis? 49 Videntes autem hi qui circa
ipsum erant quod futurum erat, dixerunt ei Do-
mine, si percutimus in gladio? 50 Et percussit
unus ex illis servum principis sacerdotum et am-
putavit auriculam eius dextram. 51 Respondens
autem Iesus ait Sinite usque huc: et cum tetigis-
set auriculam eius, sanavit eum. 52 Dixit autem
Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacer-
dotum et magistratus templi et seniores Quasi ad
latronem existis cum gladiis et fustibus: 53 cum
cotidie vobiscum fuerim in templo, non exten-
distis manus in me: sed haec est hora vestra
et potestas tenebrarum.

Codex D.—47 adhuc illo . . . osculetur. 49 domine, si vis. 51 ait eis.

Codex K.—47 illo *pro* eo. 49 domine, si vis. 51 ait eis 52 *Post* fustibus *add.* cumpraehendere me.

o lo . . . nte et qui uocabatur iu duodecim antecedebat e edens osculatus est ihm̄ h signum dederat illis dicens qu culatus fuero ipse est et dixit ei ihs̄ iuda osculo filium hȯminis tradis . uidentes autem qui circa eū erant quod factum esset dixerunt ei dn̄e si percutiemus gladio et percus sit unus ex illis seruum principis sacer dotum et amputauit auriculam eius dexteram . respondens autem ihs̄ sinite usque nunc . et extendens manum tetigit eum et restituta est auricula eius , dixit autem ihs̄ hís qui uenerant ad se principibus sacerdo tum et magistratibus templi et seniori bus . quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus cum essem cotidie uobi m in templo et non extendistis in m

54 Comprehendentes autem eum duxerunt ad
domum principis sacerdotum; Petrus vero seque-
batur a longe. 55 Accenso autem igni in medio
atrio et circumsedentibus illis erat Petrus in me-
dio eorum. 56 Quem cum vidisset ancilla quae-
dam sedentem ad lumen et eum fuisset intuita,
dixit Et hic cum illo erat. 57 At ille negavit
eum dicens Mulier, non novi illum. 58 Et post
pusillum alius videns eum dixit Et tu de illis es.
Petrus vero ait O homo, non sum. 59 Et inter-
vallo facto quasi horae unius alius quidam affir-
mabat dicens Vere et hic cum illo erat: nam et
Galilaeus est. 60 Et ait Petrus Homo, nescio
quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente can-
tavit gallus, 61 et conversus dominus respexit
Petrum, et recordatus est Petrus verbi domini,

CODEX D.—55 igne . . . (atrio = *Am.*). 56 fecisset* *pro* fuisset.

CODEX K.—54 sequebatur eum. 55 igne . . . (atrio = *Am.*). 56 cum *pro* eum.

ebrarum conprae
eum et duxerunt in dom
acerdotum , petrus autem
atur a longe accendeb
m ignem in medio atrio et cum se
tibus illis sedebat petrus in m
d . o eorum . uidens autem eum quaedā
ancilla sedentem ad lumen inten
dens in eum dixit et hic de ipsis est
qui cum illo erant ad ille negauit
dicens mulier non noui illum , post
pusillum iterum alter uidens illū
dixit et tu illius es et cum illo eras
semper et petrus dixit non sum ego
et post interuallum quasi hora unius
alius adfirmabat dicens . uere et hic
cum illo erat nam et galileus est , et
ait petrus homo nescio quid dicas
et continuo adhuc eo loquente gal
lus cantauit . conuersus autem dn
respexit petrum , et rememora

sicut dixit quia prius quam gallus cantet ter me
negabis : 62 et egressus foras Petrus flevit
amare.

63 Et viri qui tenebant eum inludebant ei
caedentes, 64 et velaverunt eum et percutiebant
faciem eius, et interrogabant eum dicentes Pro-
phetiza, quis est qui te percussit ? 65 Et alia
multa blasphemantes dicebant in eum.

77 66 Et ut factus est dies, convenerunt seni-
ores plebis et principes sacerdotum et scribae et
duxerunt illum in concilium suum, dicentes Si tu
es Christus, dic nobis. 67 Et ait illis Si vobis
dixero, non creditis mihi : 68 si autem et interro-
gavero, non respondebitis mihi neque dimittetis.
69 Ex hoc autem erit filius hominis sedens a
dextris virtutis dei. 70 Dixerunt autem omnes
Tu ergo es filius dei ? Qui ait Vos dicitis, quia
ego sum. 71 At illi dixerunt Quid adhuc desi-
deramus testimonium ? ipsi enim audivimus de
ore eius.

Codex D.—61 *om.* quia*. 62 amarisimae*. 66 consilium. 67 (creditis = *Am.*). 68 *om.* et . . . respondetis . . . dimittitis.

Codex K.—61 negabis nosse. 64 profetiza nobis. 66 *Post*

gallus cantet te
gabis uiri autem qui conpr
ant ihm̅ eludebant eum
perientes faciem eius delu
eum et interrogabant eum d
profetiza quis est qui te percu
alia multa blasfemantes diceb
in eum LXXVII
lxxv , , et cum factus esset dies
conuenerunt seniores plebis et prin
cipes sacerdotum et scribae et per
duxerunt illum in concilium suum di
centes , si tu es χp̅s̅ dic nobis et dixit
eis si uobis dixero non creditis et si in
terrogauero non respondebitis mihi
neq . dimittetis a modo enim erit
filius hominis sedens ad dexteram
uirtutis dī dixerunt autem omnes
tu ergo es filius dī et dixit eis uos
citis quia ego sum , ad illi dixerunt
id adhuc opus est testimonium

[9] (*mutat.*) [14] ('et' *insertum m. pr. ut vid.*)

---

scribae *add.* et interrogaverunt. 68 *om.* et . . . respondetis. 71 *Post* eius *add.* blasfemiam.

XXIII. 1 Et surgens omnis multitudo eorum
duxerunt illum ad Pilatum. 2 Coeperunt autem
illum accusare dicentes Hunc invenimus subver-
tentem gentem nostram et prohibentem tributa
dare Caesari et dicentem se Christum regem
esse. 3 Pilatus autem interrogavit eum dicens
Tu es rex Iudaeorum? At ille respondens ait Tu
dicis. 4 Ait autem Pilatus ad principes sacerdo-
tum et turbas Nihil invenio causae in hoc ho-
mine. 5 At illi invalescebant dicentes Commovet
populum docens per universam Iudaeam et inci-
piens a Galilaea usque huc. 6 Pilatus autem
audiens Galilaeam interrogavit si homo Galilaeus
esset, 7 et ut cognovit quod de Herodis potes-
tate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse
Hierosolymis erat illis diebus. 8 Herodes autem
viso Iesu gavisus est valde: erat enim cupiens
ex multo tempore videre eum, eo quod audiret
multa de illo, et sperabat signum aliquod videre

7 (*ad eum**.)

Codex D.—XXIII. 2 accussare illum. 7 in Hyerusolimis . . . in illis.

[8] ('e' *m. sec.*)

precabatur eum multum ne se expelleret extra
regionem. 11 Erat autem ibi circa montem grex
porcorum magnus pascens: 12 et deprecabantur
eum spiritus dicentes Mitte nos in porcos, ut in
eos introeamus. 13 Et concessit eis statim Iesus:
et exeuntes spiritus inmundi introierunt in porcos, et magno impetu grex praecipitatus est in
mare ad duo milia, et suffocati sunt in mare.
14 Qui autem pascebant eos fugerunt et nuntiaverunt in civitatem et in agros: et egressi sunt
videre quid esset facti, 15 et veniunt ad Iesum,
et vident illum qui a daemonio vexabatur sedentem vestitum et sanae mentis, et timuerunt.
16 Et narraverunt illis qui viderant qualiter factum esset ei qui daemonium habuerat, et de
porcis. 17 Et rogare eum coeperunt ut discederet a finibus eorum. 18 Cumque ascenderet
navem, coepit illum deprecari qui daemonio
vexatus fuerat ut esset cum illo. 19 Et non admisit eum, sed ait illi Vade in domum tuam ad
tuos, et adnuntia illis quanta tibi dominus fecerit

regionem era
grex porcorum p
b . ntur eum daemon
mitte nos in porcos ut
mus et statim dn̄s ihs̄ misit eos
exeuntes sps̄ immundi introie
porcos et magno impetu grex pra
tus est in mari erant enim quasi
et suffocati sunt in mare qui aute
pascebant eos fugerunt et nuntiaue
runt in ciuitatem et in agros et egres
si sunt uidere quid esset factum et ue
niunt ad ihm̄ et uident illum qui a dae
monio uexabatur sedentem uestitum ,
sanae mentis et timuerunt narraue
runt autem illis qui uiderant qualiter
factum esset et qui daemonium habuerat
et de porcis et rogare coeperunt eum
ut discederet a finibus eorum cumq .
ascenderet nauem coepit illum depraeca
i qui a daemonio uexabatur ut esset
m illo ihs̄ autem non admisit eum se
li uade in domum tuam ad tuo
a illis quanta tibi fecer

et misertus sit tui. 20 Et abiit et coepit praedi-
care in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, et
omnes mirabantur.

15 21 Et cum transcendisset Iesus in navi rur-
sus trans fretum, convenit turba multa ad illum,
et erat circa mare. 22 Et venit quidam de archi-
synagogis, nomine Iairus, et videns eum procidit
ad pedes eius, 23 et deprecabatur eum multum,
dicens quoniam filia mea in extremis est: veni
impone manus super eam, ut salva sit et vivat.
24 Et abiit cum illo, et sequebatur eum turba
multa, et comprimebant illum. 25 Et mulier
quae erat in profluvio sanguinis annis duodecim,
26 et fuerat multa perpessa a compluribus me-
dicis et erogaverat omnia sua, nec quicquam
profecerat sed magis deterius habebat, 27 cum
audisset de Iesu, venit in turba retro et tetigit
vestimentum eius: 28 dicebat enim quia si vel
vestimentum eius tetigero, salva ero. 29 Et
confestim siccatus est fons sanguinis eius, et
sensit corpore quod sanata esset a plaga. 30 Et
statim Iesus cognoscens in semet ipso virtutem
quae exierat de eo, conversus ad turbam aiebat
Quis tetigit vestimenta mea? 31 Et dicebant ei

decapoli q
et omnes miraba
, , ,   , , ,   , ,
transfretasset ihs̄ ultra
t turba multa ad illum cir
uenit quidam archisynagogus
det eum et procidit ad pedes eiu
ns eum et dicens quoniam filia m
n extremis est ueni tange eam de ma
bus tuis ut salua sit et uiuat et abiit
illo et sequebatur eum turba multa
conprimebant illum et mulier quae
in profluuio sanguinis annis XII . quae
multa passa erat a conpluribus medi
cis et erogauerat omnia sua nec qui
quam profecerat sed deterius habeba
audito de ihū uenit retro et tetigit ue
timentum eius in turba dicens intra se
uel si uestimentum eius tetigero salua er
et confestim siccatus est fons sanguin
eius . et sensit corpore quia sana esset
, cognouit enim ihs̄ uirtutem quae
at de se et conuersus ad turba
tigit uestimenta mea

discipuli sui Vides turbam comprimentem te, et
dicis Quis me tetigit? 32 Et circumspiciebat
videre eam quae hoc fecerat. 33 Mulier autem
timens et tremens, sciens quod factum esset in
se, venit et procidit ante eum et dixit ei omnem
veritatem. 34 Ille autem dixit ei Filia, fides tua
te salvam fecit: vade in pace, et esto sana a
plaga tua. 35 Adhuc eo loquente veniunt ab
archisynagogo dicentes quia filia tua mortua
est: quid ultra vexas magistrum? 36 Iesus
autem verbo quod dicebatur audito ait archisy-
nagogo Noli timere, tantummodo crede. 37 Et
non admisit quemquam sequi se nisi Petrum et
Iacobum et Iohannem fratrem Iacobi. 38 Et
veniunt in domum archisynagogi, et videt tumul-
tum et flentes et eiulantes multum, 39 et ingres-
sus ait eis Quid turbamini et ploratis? puella
non est mortua sed dormit. 40 Et inridebant
eum. Ipse vero eiectis omnibus adsumit patrem
et matrem puellae et qui secum erant, et ingredi-
tur ubi erat puella iacens. 41 Et tenens manum
puellae ait illi Talitha cumi, quod est interpreta-
tum Puella, tibi dico, surge. 42 Et confestim
surrexit puella et ambulabat: erat autem anno-

eru et di iciebat uider ulier autem timens fecerit occulto scien tremens et procidit ante e ei omnem ueritatem , ihs̄ xit ei filia fides tua te salua t uade in pace et esto sana a pla ua . adhuc eo loquente ueniunt ab archisynagogo [.h.d.] ‘ noli timere tan tummodo crede et non admisit quemquam sequi se nisi petrum et ia cobum et iohannem fratrem iacobi , et uenerun[t] in domo archisynagogi uident turbam flentem et lamentan tem multum et ingressus ait quid tur bamini et quid ploratis puella non est mortua sed dormit ad illi inride bant eum ipse uero eiecta turba fo as adsumpto patre et matre puellae qui secum erant introiuit ubi erat ella . et tenens manum puell[a]e ait abit[h]a quod est interpraetat dico surge et con

11 (*i. e.* ‘hic desunt’). 15 (‘t’ *sic m. rec.*)

rum duodecim: et obstupuerunt stupore maximo.
43 Et praecepit illis vehementer ut nemo id sci-
ret, et dixit dari illi manducare.

VI. **16** 1 Et egressus inde abiit in patriam
suam, et sequebantur illum discipuli sui. 2 Et
facto sabbato coepit in synagoga docere: et
multi audientes admirabantur in doctrina eius
dicentes Unde huic haec omnia? et quae est sa-
pientia quae data est illi, et virtutes tales quae
per manus eius efficiuntur? 3 Nonne iste est
faber, filius Mariae, frater Iacobi et Ioseph et
Iudae et Simonis? nonne et sorores eius hic no-
biscum sunt? Et scandalizabantur in illo. 4 Et
dicebat eis Iesus quia non est propheta sine ho-
nore nisi in patria sua et in cognatione sua et in
domo sua. 5 Et non poterat ibi virtutem ullam
facere, nisi paucos infirmos inpositis manibus
curavit. 6 Et mirabatur propter incredulitatem
illorum.

18 [17] Et circumibat castella in circuitu do-
cens. 7 Et convocavit duodecim, et coepit eos

raece
sciret
re , , , , , ,
et egressus ind
am et sequeba
et die sabbatorum coepit d
synagoga et multi audientes a
antur in doctrina ipsius dicente
unde huic haec et quae est sapientia
data est illi ut uirtutes eius per man
eius fiant . nonne iste est fabri fili
et mariae frater iacobi et ioseph . et iu
dae et simonis nonne et sorores eius
nobiscum sunt et scandalizabantur
in illo , et dicebat illis ihs̄ quia non est pr
feta sine honore nisi in patria sua ad
q . in domo sua et noluit ibi uirtutes mu
tas facere nisi quod paucos infirmo
inponens eis manum curauit et mirab
tur propter incredulitatem eorum , x
ii , , , et circuibat castella in cir
docens et conuocatis xii di

mittere binos, et dabat illis potestatem spirituum
inmundorum, 8 et praecepit eis ne quid tollerent
in via nisi virgam tantum, non peram non panem
neque in zona aes, 9 sed calciatos sandaliis, et
ne indurentur duabus tunicis. 10 Et dicebat eis
Quocumque introieritis in domum, illic manete
donec exeatis inde. 11 Et quicumque non rece-
perint vos nec audierint vos, exeuntes inde excu-
tite pulverem de pedibus vestris in testimonium
illis. 12 Et exeuntes praedicabant ut paeniten-
tiam agerent, 13 et daemonia multa eiciebant, et
ungebant oleo multos egrotos et sanabant.

18 14 Et audivit Herodes rex, manifestum enim
factum est nomen eius, et dicebat quia Iohannes
baptista resurrexit a mortuis, et propterea ope-
rantur virtutes in illo. 15 Alii autem dicebant
quia Helias est, alii vero dicebant Propheta est
quasi unus ex prophetis. 16 Quo audito He-
rodes ait Quem ego decollavi Iohannem, hic a
mortuis resurrexit.

17 Ipse enim Herodes misit ac tenuit Iohan-
nem et vinxit eum in carcere propter Herodiadam

---

14 (*inopinantur virtutes*).

q . in zona
ne indue
cebat illis qu
mum illic ma
tis in . . et quicumq . non r
nec audierint exeuntes inde
e puluerem de pedibus uestris in
nium illis . et exeuntes praedicaban
aenitentiam agerent et daemonia eici
nt . , , , , , XVIII
oleo
, , , et unguentes multos aegros sanaue
runt et audiuit herodes rex manifesta
tum enim erat nomen eius et dicebat quod
iohannis baptista resurrexit a mortuis
et propterea uirtutes efficiuntur in illo
alii autem dicebant quia helias est , alii
ero quasi unus ex profetis . quo audi
herodis ait quem ego decollaui hic est
hannis hic a mortuis resurrexit , ipse
m herodes misit et tenuit iohannem
auit et misit eum in carcerem pr

uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam:
18 dicebat enim Iohannes Herodi Non licet tibi
habere uxorem fratris tui. 19 Herodias autem
insidiabatur illi et volebat occidere eum, nec
poterat: 20 Herodes enim metuebat Iohannem,
sciens eum virum iustum et sanctum, et custo-
diebat eum, et audito eo multa faciebat, et liben-
ter eum audiebat. 21 Et cum dies oportunus
accidisset, Herodes natalis sui caenam fecit prin-
cipibus et tribunis et primis Galilaeae: 22 cum-
que introisset filia ipsius Herodiadis et saltasset
et placuisset Herodi simulque recumbentibus,
rex ait puellae Pete a me quod vis, et dabo tibi.
23 Et iuravit illi quia quicquid petieris dabo tibi,
licet dimidium regni mei. 24 Quae cum exisset,
dixit matri suae Quid petam? Et illa dixit Ca-
put Iohannis baptistae. 25 Cumque introisset
statim cum festinatione ad regem, petivit dicens
Volo ut protinus des mihi in disco caput Iohannis
baptistae. 26 Et contristatus rex propter iusiu-
randum et propter simul recumbentes noluit eam
contristare, 27 sed misso speculatore praecepit

no
tris tui . . he
illi et quaere
at . herod
nem sciens eum
tum et custodieb
eum multa faciebat et
audiebat et cum dies oport
disset herodis natalis sui cena
principibus et tribunis . et primis ga
cumq . introisset filia ipsius herodia
et psaltasset et placuisset herodi simul
que recumbentibus . rex ait puellae
pete a me quod uis et dabo tibi licet d
midium regni mei et iurauit illi quae cum
exisset dixit matris suae quid petam ad
illa dixit capud iohannis baptistae . c
q . introisset ad regem dixit confestim
da mihi in disco capud iohannis bapt
et contristatus est rex mox audiuit
ter iusiurandum et propter simul
entes noluit eam contristare se

afferri caput eius in disco. Et decollavit eum in
carcere, 28 et attulit caput eius in disco et dedit
illud puellae, et puella dedit matri suae. 29 Quo
audito discipuli eius venerunt et tulerunt corpus
eius et posuerunt illud in monumento.

30 Et convenientes apostoli ad Iesum renun-
tiaverunt illi omnia quae egerant et docuerant.
31 Et ait illis Venite seorsum in desertum locum
et requiescite pusillum. Erant enim qui venie-
bant et rediebant multi, nec manducandi spatium
habebant. 32 Et ascendentes in navi abierunt
in desertum locum seorsum. 33 Et viderunt eos
abeuntes et cognoverunt multi, et pedestres et
de omnibus civitatibus concurrerunt illuc et
praevenerunt eos.

[**19**] 34 Et exiens vidit multam turbam Iesus,
et misertus est super eos, quia erant sicut oves
non habentes pastorem, et coepit docere illos
multa. 35 Et cum iam hora multa fieret, acces-
serunt discipuli eius dicentes Desertus est locus
hic, et iam hora praeterivit: 36 dimitte illos, ut

puella
o discipuli eius
corpus eius
onumento et con
i ad ihm̄ renuntiaue
quae egerant et docuera
s uenite eamus in desertum
et requiescite pussillum . erant
m qui ibant et redibant multi . et
ec manducandi spatium habebant
ascendentes in nauem abierunt
n desertum locum seorsum et uiderunt
os abeuntes et cognouerunt multi et pe
destres de ciuitatibus concurrerunt
lluc et uenerunt ibi , , , XVIIII
viii , , et exiens ihs̄ uidet turbam
ultam condoluit super eos quia erant
cut oues quibus non est pastor et coepit
cere eos multa et cum iam hora mul
eret accesserunt discipuli eius di
desertus locus est hic et iam h

euntes in proximas villas et vicos emant sibi
cibos quos manducent. 37 Et respondens ait
illis Date eis manducare. Et dixerunt ei Euntes
emamus denariis ducentis panes, et dabimus eis
manducare. 38 Et dicit eis Quot panes habetis?
ite et videte. Et cum cognovissent, dicunt Quin-
que, et duos pisces. 39 Et praecepit illis ut
accumbere facerent omnes secundum contuber-
nia super viride faenum. 40 Et discubuerunt in
partes per centenos et per quinquagenos. 41 Et
acceptis quinque panibus et duobus piscibus in-
tuens in caelum benedixit, et fregit panes et
dedit discipulis suis ut ponerent ante eos, et
duos pisces divisit omnibus. 42 Et manduca-
verunt omnes et saturati sunt: 43 et sustulerunt
reliquias fragmentorum duodecim cophinos ple-
nos, et de piscibus. 44 Erant autem qui mandu-
caverunt quinque milia virorum.

[20] 45 Et statim coegit discipulos suos ascen-
dere navem ut praecederent eum trans fretum ad

sponden
ducare et
s denariis du
eis manducare
habetis ite et uid
ent dicunt ei quinq
d . os pisces et praecepit illis
berent omnes secundum con
super uiride faenum , et discu . . er
conuiuia per centenos et quinquage
et acceptis quinque panibus et duobu
piscibus intuens in caelum benedixit et
fregit .v. panes et dedit discipulis sui
ut adponerent ante eos et duos pisces
diuisit omnibus et manducauerunt om
nes et saturati sunt , et sustulerunt reliqu
as fragmentorum XII cofinos plenos
et de piscibus erant autem qui mand
cauerunt v milia uirorum et statim
surgens coegit discipulos suos ascen
e nauem et praecederent eum

Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum. 46 Et
cum dimisisset eos, abiit in montem orare. 47 Et
cum sero esset, erat navis in medio mari, et ipse
solus in terra. 48 Et videns eos laborantes in
remigando, erat enim ventus contrarius eis, et
circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambu-
lans super mare, et volebat praeterire eos. 49 At
illi ut viderunt eum ambulantem super mare,
putaverunt phantasma esse, et exclamaverunt:
50 omnes enim eum viderunt et conturbati sunt.
Et statim locutus est cum eis et dixit illis Confi-
dite, ego sum, nolite timere. 51 Et ascendit ad
illos in navem, et cessauit ventus: et plus magis
intra se stupebant. 52 Non enim intellexerant
de panibus: erat enim cor illorum obcaecatum.

53 Et cum transfretassent, pervenerunt in ter-
ram Gennesareth et applicuerunt. 54 Cumque
egressi essent de navi, continuo cognoverunt
eum, 55 et percurrentes universam regionem
illam coeperunt in grabbatis eos qui se male
habebant circumferre ubi audiebant eum esse.

biit
set e . . t
solus in terr
laborantes
arius et circa qu
uenit ihs̄ ambulans
uiderunt eum ambulan
putauerunt fantasma esse
mauerunt omnes et conturba
et continuo ihs̄ locutus est ad eos
cens constantes estote ego sum nolite
timere et ascendit in nauem ad illos
et cessauit uentus et plus magis intra
e stupebant et mirabantur non enim
intellexerant de panibus erat autem cor
eorum obtusum . inde cum transfretas
set peruenerunt in terram genesar , cum
que egressus esset de naui continuo co
nouerunt eum et circum currentes
uersi circa regionem illam coeperunt
rabattis ferre omnes male haben
rcum ferebant autem eos

56 Et quocumque introibat in vicos vel in villas
aut in civitates, in plateis ponebant infirmos, et
deprecabantur eum ut vel fimbriam vestimenti
eius tangerent, et quotquot tangebant eum salvi
fiebant.

VII. **21** 1 Et conveniunt ad eum Pharisaei et
quidam de scribis, venientes ab Hierosolymis.
2 Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius
communibus manibus, id est non lotis, mandu-
care panes, vituperaverunt. 3 Pharisaei enim
et omnes Iudaei, nisi crebro laverint manus, non
manducant, tenentes traditionem seniorum, 4 et
a foro nisi baptizentur non comedunt: et alia
multa sunt quae tradita sunt illis servare, bap-
tismata calicum et urceorum et aeramentorum et
lectorum. 5 Et interrogant eum Pharisaei et
scribae Quare discipuli tui non ambulant iuxta
traditionem seniorum, sed communibus manibus
manducant panem? 6 At ille respondens dixit
eis Bene prophetavit Esaias de vobis hypocritis,

eban . infi
eum ut uel . . mbri
ngerent et quod
ebant
, , , et conueneru . . . . eum
uidam de scribis ab hie . usolymis
uidissent quosdam ex discipulis
mmunibus manibus id est non lotis
manducare panem uituperauerunt
farisaei autem et omnes iudaei nisi pugillo
lauerint manus non manducant te
tes traditiones seniorum et a foro c
uenerint nisi baptizentur cibum non
accipiunt et alia multa quae tradi
sunt eis seruare baptismos calicum e
urceorum et aeramentorum et elictro
rum . et interrogabant eum farisaei et
be dicentes quare discipuli tui non a
bulant secundum traditionem senior
sed communibus manibus manduc
anem ad ille respondens dixit
fetauit eseias de uobis hyp

sicut scriptum est Populus his labiis me honorat,
cor autem eorum longe est a me: 7 in vanum
autem me colunt, docentes doctrinas praecepta
hominum. 8 Relinquentes enim mandata dei
tenetis traditionem hominum, baptismata urce-
orum et calicum, et alia similia his facitis multa.
9 Et dicebat illis Bene irritum facitis praeceptum
dei ut traditionem vestram servetis. 10 Moyses
enim dixit Honora patrem tuum et matrem tuam,
et Qui maledixerit patri aut matri, morte moria-
tur: 11 vos autem dicitis Si dixerit homo patri
aut matri Corban, quod est donum, quodcumque
ex me tibi profuerit, 12 et ultra non dimittitis
eum quicquam facere patri suo aut matri, 13 re-
scindentes verbum dei per traditionem vestram
quam tradidistis: et similia huiusmodi multa faci-
tis. 14 Et advocans iterum turbam dicebat illis
Audite me omnes et intellegite. 15 Nihil est
extra hominem introiens in eum quod possit eum
coinquinare, sed quae de homine procedunt, illa

hominum . baptizan
multa similia quae
nquentes manda
ditiones hominum
illis bene irritum facitis p
eptum dī ut traditionem uestra
uatis moyses enim dixit honora
rem tuum et matrem tuam et qui ma
e dixerit patri aut matri morte mori
tur uos autem dicitis si dixerit homo
atri aut matri donum quod est corban
uodcumq . ex me est tibi proderit iam
on missum facitis illum quicquam fa
cere patri aut matri . rescindentes uer
um dī per traditionem uestram stultam
quam tradidistis . et similia huiusmodi
ulta facitis et aduocans iterum turbā
cebat eis . audite me omnes et intelle
nihil est extra hominum introiens
m quod possit eum cum introiens
ne coinquinare sed qu

sunt quae communicant hominem. 16 Si quis
habet aures audiendi, audiat. 17 Et cum intro-
isset in domum a turba, interrogabant eum dis-
cipuli eius parabolam. 18 Et ait illis Sic et vos
inprudentes estis? non intellegitis quia omne
extrinsecus introiens in hominem non potest eum
communicare, 19 quia non introit in cor eius
sed in ventrem, et in secessum exit, purgans
omnes escas? 20 Dicebat autem quoniam quae
de homine exeunt, illa communicant hominem:
21 ab intus enim de corde hominum cogitationes
malae procedunt, adulteria, fornicationes, homi-
cidia, 22 furta, avaritiae, nequitiae, dolus, in-
pudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia,
stultitia: 23 omnia haec mala ab intus procedunt
et communicant hominem.

22 24 Et inde surgens abiit in fines Tyri et
Sidonis: et ingressus domum neminem voluit
scire, et non potuit latere. 25 Mulier enim sta-
tim ut audivit de eo, cuius habebat filia spiritum
inmundum, intravit et procidit ad pedes eius:

audiat
omnum a turba interrog
puli eius parabolam et
uos imprudentes
ia omne extr
minem non potest eum communem
e nec enim introiit in cor eius sed
ntrem et in secessum exit et purgat
escas
dicebat autem quoniam quae d
mine exeunt illa communicant ho
nem ab intus enim de corde homin
cogitationes male procedunt . ad
teria furta fornicationes homicid
inuidia auaritia dolus impudicit
oculus malus blasfemia superbia stu
tia omnia haec mala ab intus proc
dunt et communicant hominem . x
i . . . et exsurgens inde abiit
fines tyri et ingressus domum nem
oluit scire et non potuit latere
nim statim ut audiuit de e
abebat spm̄ immundum

---

9 ('escas' *m. rec.*). 12 (*sic*).

26 erat autem mulier gentilis, Syrophoenissa ge-
nere, et rogabat eum ut daemonium eiceret de
filia eius. 27 Qui dixit illi Sine prius saturari
filios: non est enim bonum sumere panem filio-
rum et mittere canibus. 28 At illa respondit et
dicit ei Utique, domine: nam et catelli sub
mensa comedunt de micis puerorum. 29 Et ait
illi Propter hunc sermonem vade: exiit daemo-
nium de filia tua. 30 Et cum abisset domum
suam, invenit puellam iacentem supra lectum et
daemonium exisse.

23 31 Et iterum exiens de finibus Tyri venit
per Sidonem ad mare Galilaeae inter medios
fines Decapoleos. 32 Et adducunt ei surdum et
mutum, et deprecantur eum ut inponat illi ma-
num. 33 Et apprehendens eum de turba seor-
sum misit digitos suos in auriculas, et expuens
tetigit linguam eius, 34 et suspiciens in caelum
ingemuit, et ait illi Effetha, quod est Ada-
perire. 35 Et statim apertae sunt aures eius,
et solutum est vinculum linguae eius, et loque-

nere
eiceret de filia eius
ius saturari filios non e
accipere panem filiorum
ad illa responden
sed et catelli sub mens
ducant de micis puerorum . et dix
ihs̄ uade propter hunc sermonem ex
daemonium a filia tua . et cum uen
set domum inuenit puellam iacentem
upra lectum et daemonium exisse

XXIII

et iterum exiens de finibus tyri uenit
er sydonem ad mare galileae inter
medios fines decapoleos et adfe
runt ei surdum et mutum depraecantes
eum ut inponeret ei manum et suscipi
ns eum de turba seorsum conspuens
sit digitos suos in auriculas eius et
t . . it linguam eius et respiciens in
gemuit et ait illi effeta qu
pe^{ri}re et adapertae s

---

22 (*sic m. sec.*)

batur recte. 36 Et praecepit illis ne cui dicerent :
quanto autem eis praecipiebat, tanto magis plus
praedicabant ; 37 et eo amplius admirabantur
dicentes Bene omnia fecit, et surdos fecit audire
et mutos loqui.

VIII **24** 1 In illis diebus iterum cum turba
multa esset nec haberent quod manducarent,
convocatis discipulis ait illis 2 Miseror super
turba, quia ecce iam triduo sustinent me nec
habent quod manducent, 3 et si dimisero eos
ieiunos in domum suam, deficient in via : quidam
enim ex eis de longe venerunt. 4 Et responde-
runt ei discipuli sui Unde istos poterit quis hic
saturare panibus in solitudine ? 5 Et interroga-
vit eos Quot panes habetis ? Qui dixerunt Sep-
tem. 6 Et praecepit turbae discumbere supra
terram : et accipiens septem panes gratias agens
fregit, et dabat discipulis suis ut apponerent ; et

erent ad
m praedicabant et
rabantur dicentes bene
surdis praestat auditum
untur , , , , ,
in illis autem diebus iter
turba multa esset nec haber
od manducarent . conuocatis dis
ipulis ait illis . misereor super istam
turbam quoniam triduum iam est ex
quo hic sunt nec habent quod ma
ducent et dimittere eos ieiuno
mum nollo ne fatigentur in uia q
niam quidem et aliqui ex his de l
uenerunt et responderunt ei dis
cipuli sui dicentes unde istos quis p
sit saturare panibus in solitudine
et interrogauit eos quod panes hab
qui dixerunt septem . et praecepit
bae discumbere supra terram
ens ihs̄ vii. panes gratias age
et dedit discipulis suis u

apposuerunt turbae. 7 Et habebant pisciculos
paucos: et ipsos benedixit et iussit apponi. 8 Et
manducaverunt et saturati sunt, et sustulerunt
quod superaverat de fragmentis, septem sportas.
9 Erant autem qui manducaverant quasi quattuor
milia: et dimisit eos.

10 Et statim ascendens navem cum discipulis
suis venit in partes Dalmanutha. 11 Et exierunt
Pharisaei et coeperunt conquirere cum eo, quae-
rentes ab illo signum de caelo, temptantes eum.
12 Et ingemiscens spiritu ait Quid generatio ista
quaerit signum? Amen dico vobis si dabitur
generationi isti signum. 13 Et dimittens eos
ascendens iterum abiit trans fretum.

14 Et obliti sunt sumere panes, et nisi unum
panem non habebant secum in navi. 15 Et prae-
cipiebat eis dicens Videte, cavete a fermento
Pharisaeorum et fermento Herodis. 16 Et cogi-
tabant ad alterutrum dicentes quia panes non
habemus. 17 Quo cognito Iesus ait illis Quid

et iussit adpo
runt et saturati s
quae superauerunt fragmenta
sportas plenas erant autem
manducauerunt fere iiii milia
, , , , , , x
xii et ipse ascendens in na
cum discipulis suis uenit in partem
gedam et exierunt farisaei et coe
runt conquirere cum eo quaerentes
eo signum de caelo temptantes eum
ngemescens in spū ait quid gene . atio
signum quaerit amen dico uobis
dabitur generationi isti signum . et re
lictis illis iterum ascendit in nauem et
abiit trans fretum et obliti sunt pane
discipuli eius sumere nisi unum panem
uem secum habebant in naui . et prae
epit illis ihs̄ dicens uidete a fermento
risaeorum et a fermento herodis
gitabant ad alterutrum quod
berent ńon quo cognit

cogitatis quia panes non habetis? nondum cog-
noscitis neque intellegitis? adhuc caecatum ha-
betis cor vestrum? 18 oculos habentes non
videtis, et aures habentes non auditis, nec
recordamini? 19 quando quinque panes fregi
in quinque milia, et quot cophinos fragmento-
rum plenos sustulistis? Dicunt ei Duodecim.
20 Quando et septem panes in quattuor milia,
quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt
ei Septem. 21 Et dicebat eis Quomodo nondum
intellegitis?

22 Et veniunt Bethsaida: et adducunt ei cae-
cum, et rogabant eum ut illum tangeret. 23 Et
apprehendens manum caeci eduxit eum extra
vicum, et expuens in oculos eius inpositis mani-
bus suis interrogavit eum si aliquid videret.
24 Et aspiciens ait Video homines velut arbores
ambulantes. 25 Deinde iterum inposuit manus
super oculos eius, et coepit videre, et restitutus
est ita ut videret clare omnia. 26 Et misit illum

que percipit
oculos
detis . et aures habentes
ec meministis
fregi in quinq
bus quod cofinos fragment
tis ad illi dixerunt xii quan
em uii panes in iiii milia hominum
ibus quod sportas fragmentor
tulistis ad illi dixerunt UII . et ait illi
quomodo nondum intellexistis
niunt bethaniam et adfaerunt
caecum et rogauerunt illum ut eum
geret et adpraehendit manum cae
et duxit eum extra uicum et expuens
in oculos eius inpossitis manibus ill
interrogabat eum si aliquid uideret
et aspiciens ait uideo homines sicu
arbores ambulantes et iterum inp
uit manus super oculos eius et coep
dere et restituti sunt oculi eius
et clare omnia . et dimisit

domum suam dicens Vade in domum tuam, et si
in vicum introieris, nemini dixeris.

25 27 Et egressus est Iesus et discipuli eius in
castello Caesareae Philippi: et in via interroga-
bat discipulos suos dicens eis Quem me dicunt
esse homines? 28 Qui responderunt illi dicentes
Iohannem baptistam, alii Heliam, alii vero quasi
unum de prophetis. 29 Tunc dicit illis Vos vero
quem me dicitis esse? Respondens Petrus ait ei
Tu es Christus. 30 Et comminatus est eis ne
cui dicerent de illo. 31 Et coepit docere illos
quoniam oportet filium hominis multa pati et
reprobari a senioribus et a summis sacerdotibus
et scribis et occidi et post tres dies resurgere,
32 et palam verbum loquebatur. Et apprehen-
dens eum Petrus coepit increpare eum. 33 Qui
conversus et videns discipulos suos comminatus
est Petro dicens Vade retro me, satana, quoniam
non sapis quae dei sunt sed quae sunt hominum.

34 Et convocata turba cum discipulis suis dixit

et profectus est ihs̄ et d
caesaream filippi et in
discipulos suos dicens
dicunt homines esse qui resp
unt . . . dicentes iohannem bap
alii heliam alii uero quasi unum
fetis tunc dicit illis ihs̄ uos uero
me dicitis esse et respondens pet
xit illi tu es χp̄s filius dī et comm
s est eis ne cui dicerent de eo et coe
docere illos quoniam oportet filium
inis multa pati et reprobari a senio
s et principibus sacerdotum et scri
bis et occidi et post tres dies resurgere
et palam uerbum loquebatur quem sus
ipiens petrus coepit increpare eum . ad
e conuersus uides discipulos suos cō
natus est petro dicens uade retro
satanas quoniam non sapis quae
nt sed quae sunt hominum . et c
turba cum discipulis suis

---

[19] (*sic*).

eis Si quis vult post me sequi, deneget se ipsum
et tollat crucem suam, et sequatur me. 35 Qui
enim voluerit animam suam salvam facere, per-
det eam: qui autem perdiderit animam suam
propter me et evangelium, salvam eam faciet.
36 Quid enim proderit homini, si lucretur mun-
dum totum et detrimentum faciet animae suae?
37 aut quid dabit homo commutationem pro
anima sua? 38 Qui enim me confusus fuerit
et mea verba in generatione ista adultera et pec-
catrice, et filius hominis confundetur eum, cum
venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.
39 Et dicebat illis Amen dico vobis quia sunt
quidam de hic stantibus quia non gustabunt mor-
tem donec videant regnum dei veniens in virtute.

IX. **27** 1 Et post dies sex adsumit Iesus Pe-
trum et Iacobum et Iohannem, et ducit illos in
montem excelsum seorsum solus, et transfigura-
tus est coram ipsis: 2 et vestimenta eius facta
sunt splendentia candida nimis velut nix, qualia

per
m propter e
et eam quid enim
cretur uniuersum m
entum faciat animae
d dabit homo in commutat
ma sua qui autem me confessus
it et mea uerba in generatione hac
adultera et peccatrice et filius ho
nis confundet eum cum uenerit in
ria patris sui cum angelis sanctis
cebat illis amen dico uobis quod su
quidem circumstantium me qui . . n
gustabunt mortem donec uideant
regnum dī ueniens in uirtutem XXUII
xuii et post dies sex adsumpsit ihs̄
petrum et iacobum et iohannem ėt du
illos in montem altissimum seorsum
et transfiguratus est coram illis . et
menta eius facta sunt splendid
s et candida uelut nix qu

fullo super terram non potest candida facere.
3 Et apparuit illis Helias cum Moyse, et erant
loquentes cum Iesu. 4 Et respondens Petrus ait
Iesu Rabbi, bonum est hic nos esse, et faciamus
tria tabernacula, tibi unum et Moysi unum et
Heliae unum. 5 Non enim sciebat quid diceret:
erant autem timore exterriti. 6 Et facta est
nubes obumbrans eos, et venit vox de nube
dicens Hic est filius meus carissimus, audite
illum. 7 Et statim circumspicientes neminem
amplius viderunt nisi Iesum tantum secum. 8 Et
descendentibus illis de monte, praecepit illis ne
cui quae vidissent narrarent, nisi cum filius ho-
minis a mortuis resurrexerit. 9 Et verbum con-
tinuerunt apud se, conquirentes quid esset Cum
a mortuis resurrexerit. 10 Et interrogabant eum
dicentes Quid ergo dicunt Pharisaei et scribae
quia Heliam oporteat venire primum? 11 Qui
respondens ait illis Helias cum venerit primo
restituet omnia: et quomodo scriptum est in
filium hominis ut multa patiatur et contemnatur?
12 Sed dico vobis quia et Helias venit, et fece-

est nobis hic e
tabernacula tibi
et eliae unum . non
uid diceret timore en
rriti erant et facta est nu
mbrans illos et uenit uox de n
dicens hic est filius meus carissim
udite eum et statim inspicientes nem
m amplius uiderunt nisi ihm̄ tantum
cum et descendentibus illis de mon
e praecepit illis ne cui dicerent nisi
m filius hominis a mortuis resurre
xisset et uerbum continuerunt apud se
conquirentes quid esset cum a mortuis
resurrexisset et interrogabant eum di
centes quare dicunt scribae heliam
ortet primum uenire , respondens
dixit illis helias cum uenerit primū
stituet omnia et quomodo scribt
n filium hominis ut multa patia
tem^{p}natur sed dico uobis qui

runt illi quaecumque voluerunt, sicut scriptum
est de eo.

28 13 Et veniens ad discipulos suos vidit tur-
bam magnam circa eos et scribas conquirentes
cum illis. 14 Et confestim omnis populus videns
eum stupefactus est, expaverunt, et accurrentes
salutabant eum. 15 Et interrogavit eos Quid
inter vos conquiritis? 16 Et respondens unus
de turba dixit Magister, attuli filium meum ad
te habentem spiritum mutum, 17 qui ubicum-
que eum apprehenderit allidit eum, et spumat
et stridet dentibus et arescit: et dixi discipulis
tuis ut eicerent illum, et non potuerunt. 18 Qui
respondens eis dicit O generatio incredula,
quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar?
afferte illum ad me. 19 Et attulerunt eum.
Et cum vidisset illum, statim spiritus contur-
bavit eum, et elisus in terram volutabatur spu-
mans. 20 Et interrogavit patrem eius Quantum
temporis est ex quo hoc ei accidit? At ille
ait Ab infantia: 21 et frequenter eum et in
ignem et in aquas misit ut eum perderet: sed

scri
ens ad
m ad eos et scribas conqu
llis et confestim omni pop
tes ihm̄ expauerunt
tauerunt eum et interrog
d inter uos conquiritis et respon
nus de turba dicens . magister a
ad te filium meum habentem spm̄ mu
dum qui ubicumq . eum adpraehende
allidit eum et spumat et stridet den
et arescit et dixi discipulis tuis ut eiec
rent illum et non potuerunt eicere e
respondens ihs̄ dixit illis . o genera
o incredula quamdiu apud uos ero
quamdiu uos patiar adferte illum
ad me et attulerunt eum et cum u
disset illum sps̄ conturbauit puerum
elisus in terram uolutabatur spum
et interrogauit ihs̄ patrem quantu
ris est ex quo hoc ei accidit et
infantia et frequen

si quid potes, adiuva nos, misertus nostri.
22 Iesus autem ait illi Si potes credere: omnia
possibilia credenti. 23 Et continuo exclamans
pater pueri cum lacrimis aiebat Credo, adiuva
incredulitatem meam. 24 Et cum videret Iesus
concurrentem turbam, comminatus est spiritui
inmundo dicens illi Surde et mute spiritus, ego
tibi praecipio, exi ab eo et amplius ne introeas
in eum. 25 Et exclamans, multum discerpens
eum exiit ab eo, et factus est sicut mortuus, ita
ut multi dicerent quia mortuus est. 26 Iesus
autem tenens manum eius elevavit illum, et sur-
rexit. 27 Et cum introisset in domum, discipuli
eius secreto interrogabant eum Quare nos non
potuimus eicere eum? 28 Et dixit illis Hoc
genus in nullo potest exire nisi in oratione et
ieiunio.

29 Et inde profecti praetergrediebantur Gali-
laeam, nec volebat quemquam scire. 30 Docebat
autem discipulos suos, et dicebat illis quoniam
filius hominis tradetur in manus hominum, et

omnia possib
us exclamans pater p
credo adiuu
et cum uideret
rba comminatus est
et dixit illi surge et mut
go tibi praecipio exi ab illo et ampliu
e introeas in eum et exclamans
um discrepans exiuit ab eo et factu
st sicut mortuus puer aut multi dice
nt quia mortuus est ihs̄ autem tenen
anum eius eleuauit illum et surrex
cum introisset ihs̄ in domum discipuli eiu
ecreto interrogabant eum dicentes
quare non potuimus eicere illum et d
t illis hoc genus in nullo potest exire
si in orationibus et ieiuniis . xxuiiii·
, , , , , inde profecti transiebant
alileam nec uolebant quemquam
e docebat autem discipulos su
illis quoniam filius

---

21 (*sic*).

occident eum, et occisus tertia die resurget.
31 At illi ignorabant verbum, et timebant eum
interrogare.

32 Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi
esset, interrogabat eos Quid in via tractaba-
tis? 33 At illi tacebant, siquidem inter se in
via disputaverant quis esset illorum maior.
34 Et residens vocavit duodecim et ait illis Si
quis vult primus esse, erit omnium novissimus
et omnium minister. 35 Et accipiens puerum
statuit eum in medio eorum; quem ut com-
plexus esset, ait illis 36 Quisquis unum ex
huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me
recipit; et quicumque me susceperit, non me
suscipit sed eum qui me misit. **29** 37 Respondit
illi Iohannes dicens Magister, vidimus quendam
in nomine tuo eicientem daemonia, qui non se-
quitur nos, et prohibuimus eum. 38 Iesus autem
ait Nolite prohibere eum: nemo est enim qui
faciat virtutem in nomine meo et possit cito male
loqui de me. 39 Qui enim non est adversum
vos, pro vobis est. 40 Quisquis enim potum

uenerunt
cum domi
uid in uia tract
ant inter se enim
esset maior eorum
s ihs̄ uocauit xii et ait illi
primus esse fiat omnium no
nium minister et accipiens pu
it illum in medio eorum quem
lexus esset ait eis quicumqu
smodi pueris receperit in nom
me recipit et quicumq. me susc
non me suscipit sed eum qui me
ondit autem illi iohannis et dicit
ster uidimus quendam in nomin
cientem daemonia qui non se
s et prohibuimus eum ad ille
s ait nolite prohibere nem
ui faciat uirtutem in nom
oterit male loqui de me
non est aduersus uo

dederit vobis calicem aquae in nomine meo, quia
Christi estis, amen dico vobis, non perdet merce-
dem suam. 41 Et quisquis scandalizaverit unum
ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei
magis si circumdaretur mola asinaria collo eius
et in mare mitteretur. 42 Et si scandalizaverit
te manus tua, abscide illam: bonum est tibi de-
bilem introire in vitam, quam duas manus haben-
tem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem,
43 ubi vermis eorum non moritur et ignis non
extinguitur. 44 Et si pes tuus te scandalizat,
amputa illum: bonum est tibi claudum introire
in vitam aeternam, quam duos pedes habentem
mitti in gehennam ignis inextinguibilis, 45 ubi
vermis eorum non moritur et ignis non extingui-
tur. 46 Quod si oculus tuus scandalizat te, eice
eum: bonum est tibi luscum introire in regnum
dei, quam duos oculos habentem mitti in gehen-
nam ignis, 47 ubi vermis eorum non moritur et

ntibus
circumdare
eius et in mari mit
lizat te manus tua
bonum est tibi debilem intr
tam quam duas manus habe
oire in gehennam ubi est ignis
guibis ubi uermis eorum non mo
nis eorum non extinguetur . et
us scandalizat te amputa illum
um est tibi clodum introire in ui
aeternam quam duos pedes haben
mitti in gehennam ubi est ignis in
uibilis et uermis eorum non mori
gnis eorum non extinguetur
ulus tuus scandalizat te ex
num est tibi luscum introir
dī quam duos oculos ha
ennam ubi uermis [eor]n

11 (*sic*).

ignis non extinguitur. 48 Omnis enim igne sa-
lietur et omnis victima salietur. 49 Bonum est
sal: quod si sal insulsum fuerit, in quo illud con-
dietis? Habete in vobis sal, et pacem habete
inter vos.

X. 1 Et inde exsurgens venit in fines Iudaeae
ultra Iordanen, et conveniunt iterum turbae ad
eum, et sicut consueverat iterum docebat illos.
30 2 Et accedentes Pharisaei interrogabant eum
si licet viro uxorem dimittere temptantes eum.
3 At ille respondens dixit eis Quid vobis praece-
pit Moyses? 4 Qui dixerunt Moyses permisit
libellum repudii scribere et dimittere. 5 Quibus
respondens Iesus ait Ad duritiam cordis vestri
scripsit vobis praeceptum istud; 6 ab initio au-
tem creaturae masculum et feminam fecit eos
deus: 7 propter hoc relinquet homo patrem
suum et matrem et adhaerebit ad uxorem suam,
8 et erunt duo in carne una. Itaque iam non
sunt duo sed una caro. 9 Quod ergo deus
iunxit, homo non separet.

10 Et in domo iterum discipuli eius de eodem
interrogaverunt eum. 11 Et dicit illis Quicum-
que dimiserit uxorem suam et aliam duxerit, ad-

habete
bete inter
in fines iudeae
et conuenit turba ad e
at et iterum docebat eos et i
ant illum farisaei si licet uiro uxo
ttere temptantes eum . ad ill
dens dixit eis quid uobis praecep
qui dixerunt libellum repudii da
us respondens ihs̄ ait ad duriti
s uestri scribsit praeceptum istud
tio enim creaturae masculum et
am fecit ds̄ et dixit propter ho
uet homo patrem suum et matrem
rebit uxori suae et erunt duo i
na itaque iam non sunt
caro quod ergo ds̄ con
diuidat et in domo
dem interrogab
qu . . . m

ulterium committit super eam: 12 et si uxor di-
miserit virum suum et alii nupserit, moechatur.

13 Et offerebant illi parvulos ut tangeret
illos: discipuli autem comminabantur offerenti-
bus. 14 Quos cum videret Iesus, indigne tulit
et ait illis Sinite parvulos venire ad me, et ne
prohibueritis eos: talium est enim regnum dei.
15 Amen dico vobis, quisque non receperit reg-
num dei velut parvulus, non intrabit in illud.
16 Et complexans eos et inponens manus super
illos benedicebat eos.

30 17 Et cum egressus esset in viam, procur-
rens quidam genu flexo ante eum rogabat eum
Magister bone, quid faciam ut vitam aeternam
percipiam? 18 Iesus autem dixit ei Quid me
dicis bonum? nemo bonus nisi unus deus.
19 Praecepta nosti Ne adulteres, ne occidas, ne
fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne frau-
dem feceris, honora patrem tuum et matrem.
20 Et ille respondens ait Magister, haec omnia
observavi a iuventute mea. 21 Iesus autem in-
tuitus eum dilexit eum et dixit illi Unum tibi
deest: vade, quaecumque habes vende et da
pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et

et
et eos dis
ferentibus
indignatus est
ntes uenire a
hibueritis eos talium enim
m dī amen dico uobis quisq
receperit regnum dī uelut pu
bit in illud et conuocans eos in
et benedicebat eos
ut manus super illos , , xxx
et cum egressus esset
ocurrens quidam ad genicu
gabat eum dicens magister b
quid faciam ut aeternam uitam p
ihs̄ dixit illi quid me dicis bo
o bonus nisi unus ds̄ praece
adulteres ne occidas n
sum testimonium dixeri
tuum et matrem tua
deus ait illi . m
ue . . . te

---

[12] (*sic m. pr.*)

veni sequere me. 22 Qui contristatus in verbo
abiit moerens: erat enim habens possessiones
multas. 23 Et circumspiciens Iesus ait discipu-
lis suis Quam difficile qui pecunias habent in
regnum dei introibunt. 24 Disciputi autem ob-
stupescebant in verbis eius. At Iesus rursus
respondens ait illis Filioli, quam difficile est
confidentes in pecuniis in regnum dei introire,
25 Facilius est camelum per foramen acus tran-
sire quam divitem intrare in regnum dei. 26 Qui
magis admirabantur, dicentes ad semet ipsos Et
quis potest salvus fieri? 27 Et intuens illos
Iesus ait Apud homines inpossibile est, sed non
apud deum: omnia enim possibilia sunt apud
deum.

28 Coepit Petrus ei dicere Ecce nos dimisi-
mus omnia et secuti sumus te. 29 Respondens
Iesus ait Amen dico vobis, nemo est qui relique-
rit domum aut fratres aut sorores aut matrem
aut patrem aut filios aut agros propter me et
propter evangelium, 30 qui non accipiat centies
tantum nunc in tempore hoc domos et fratres et
sorores et matres et filios et agros cum persecu-
tionibus, et in saeculo futuro vitam aeternam.

ille contris
erat enim haben
cumspiciens ihs̄ ait d
cile qui pecunias ha
troibunt . facilius est cam
foramin acus transire quam
gnum dī introire , magis autem
antur dicentes ad semet ipsos et q
saluus fieri et intuens illos ih
apud homines quidem impossibile
d dm̄ uero omnia possibilia sunt
pit petrus dicere ecce nos dim
mnia et secuti sumus te respond
amen dico uobis nemo est qu
t domum et fratres et sorores
et filios et agros propter me
uangelium qui non a
antum nunc in saecul
eliquerit domum
trem

31 Multi autem erunt primi novissimi, et novis-
simi primi.

32 32 Erant autem in via ascendentes in Hie-
rosolyma, et praecedebat illos Iesus, et stupebant
et sequentes timebant. Et adsumens iterum duo-
decim coepit illis dicere quae essent ei eventura,
33 quia ecce ascendimus in Hierosolyma, et filius
hominis tradetur principibus sacerdotum et scri-
bis, et damnabunt eum morte et tradent eum
gentibus, 34 et inludent ei et conspuent eum et
flagellabunt eum, interficient eum, et tertia die
resurget.

35 Et accedunt ad eum Iacobus et Iohannes
filii Zebedaei dicentes Magister, volumus ut
quodcumque petierimus facias nobis. 36 At ille
dixit eis Quid vultis ut faciam vobis? 37 Et
dixerunt Da nobis ut unus ad dextram tuam et
alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.
38 Iesus autem ait eis Nescitis quid petatis: po-
testis bibere calicem quem ego bibo? aut baptis-
mum quo ego baptizor baptizari? 39 At illi
dixerunt ei Possumus. Iesus autem ait eis Cali-

em in uia
praecedebat
mens ihs̄
quae ei essent uentur
endimus hierusolyma
minis tradetur principibu
um et scribis et damnabunt
et tradent eum gentibus et in
eum et conspuent eum et flagilla
et interficient eum et post tres d
get et accesserunt ad illum iac
iohannes fili zebedei dicentes
ter uolumus quodcumq . petie
praestes nobis ad ille dixit qu
obis , qui dixerunt da nobis
d dexteram tuam et alius ad
am sedeamus in gloriam
llis nescitis quid peta
alicem quem ego bibit
smum quo ego

cem quidem quem ego bibo bibetis, et baptis-
mum quo ego baptizor baptizabimini: 40 sedere
autem ad dextram meam vel ad sinistram, non
est meum dare, sed quibus paratum est.

41 Et audientes decem coeperunt indignari de
Iacobo et Iohanne. 42 Iesus autem vocans eos
ait illis Scitis quia hi qui videntur principari gen-
tibus dominantur eis, et principes eorum potesta-
tem habent ipsorum: 43 non ita est autem in
vobis, sed quicumque voluerit fieri maior erit
vester minister, 44 et quicumque voluerit in
vobis primus esse erit omnium servus. 45 Nam
et filius hominis non venit ut ministraretur ei,
sed ut ministraret et daret animam suam re-
demptionem pro multis.

33 46 Et veniunt Hierichum: et proficiscente
eo Hiericho et discipulis eius et plurima multi-
tudine filius Timaei Bartimaeus caecus sedebat
iuxta viam mendicans. 47 Qui cum audisset
quia Iesus Nazarenus est, coepit clamare et di-
cere Filii David Iesus, miserere mei. 48 Et

m uel ad
uobis sed
eo . hoc aud
t indigne ferre de
quos cum aduocasset ihs̄
s quoniam qui uidentur p
ibus dominantur eorum et
orum potestatem eorum habe
ta est in uobis . sed quicumqu .
rit uobis primus esse erit om
m minister nam et filius hominis n
uenit ministrari sed ministrare . et
mam suam redemptionem prop
, , ,   , , ,   , , ,   XXXIII
nc uenit iericho et proficiscent
de cum discipulis suis et plurim
tudine filius time baritime
debat circa uiam m
udisset quia ihs̄ na
e et dicere fil

comminabantur ei multi ut taceret. At ille multo
magis clamavit Filii David, miserere mei. 49 Et
stans Iesus praecepit illum vocari. Et vocant
caecum dicentes ei Animaequior esto, surge,
vocat te. 50 Qui proiecto vestimento suo exi-
liens venit ad eum. 51 Et respondens Iesus
dixit illi Quid vis tibi faciam? Caecus autem
dixit ei Rabboni, ut videam. 52 Iesus autem
ait illi Vade, fides tua te salvum fecit. Et con-
festim vidit, et sequebatur eum in viam.

XI. **34** 1 Et cum adpropinquarent Hieroso-
lymae et Bethaniae ad montem olivarum, mittit
duos ex discipulis suis 2 et ait illis Ite in castel-
lum quod est contra vos, et statim introeuntes
illud invenietis pullum ligatum, super quem
nemo adhuc hominum sedit: solvite illum et ad-
ducite. 3 Et si quis vobis dixerit Quid facitis?
dicite quia domino necessarius est, et continuo
illum dimittet huc. 4 Et abeuntes invenerunt
pullum ligatum ante ianuam foris in bivio, et
solvunt eum. 5 Et quidam de illic stantibus
dicebant illis Quid facitis solventes pullum?

uocat
et exsili
pondens ihs̄ d
am caecus autem d
t uideam , ihs̄ aute
es tua te saluum fecit et co
idit et sequebantur eum in

, , XXXIIII , ,

